ſulis mittunt: Qui ītroducti expoſuerunt ſe ſuperātē ī Gal
lia multitudine inopia agri coactos ad quærendā ſedē alpes
trāſgreſſos: quæ autem inculta per ſolitudines uiderēt ibi ſi-
ne ullius iniuria conſediſſe: oppidum quoq; edificare cœpiſ-
ſe: quod indicium eſſet nec agro nec urbi ulli ui3 ſe allaturos
ueniſſe: Nuper autem ſe ſe. M. Claudio per nuntium ſibi bel
lum deunnciandi niſi ſe dederent: magis pacem parum ſpe-
cioſam q̄ incertam ſpem belli peroptantes in fidem potius
q̄ in poteſtarem dediſſe: Poſt uero paucos dies iuſſos & a-
gro & urbe quam condere cœpiſſent decedere tacite abeun-
tibus qno terrarum poſſent arma & omnia quæ ferrent a-
cōſule ſibi adēpta. Orare proinde ſenatum ne in ſe innoxi
os & ultro deditos acerbius q̄ in hoſtes ſæuirent. Incepiti

Vnde tā lō-
ga diſerta-
tio de eru-
ptionibus
gallorum

Eruptio gal
loru3 in pa
triā

Deditio gal
lorum.

Gallorū ad
ſenatū que
rele

Opidu3 cœ
ptū condi
a gallis.

sunt a senatu Galli quod in alienum agrū irrupissent: Oppidumq; nullius Romani magistratus qui ei pꝛuinciæ præesset permissu edificare cœpissent. Exquo argumātari libet ante id tēpus hanc terrā in Romanoꝝ potestatem uenisse: quæ si ut dixi ante eam diem Romani fuerat imperii nō dubium est: sub initium secundi belli punici aut paululum supra id accidisse: atq; M. Claudii Marcelli auspiciis id factū qui primus transpadum Romana signa traiecit atq; insubres uicit & Istros: Polybius Liuiusq; auctores sunt. Sz unū illud incompertum habeo fuerit ne idem. M. Claudius Marcellus qui primum Istros deuicit: & qui multos post annos deiectis ex italia gallis iubente senatu bellum Istricum molitus est: Quod uix uidetur contingere potuisse: ut post tot annos quot inter exitum primi belli punici & finem Macedonici idem consul eandem prouinciā obiuerit: fuerit itaq; idem an alius affirmare non ausim: satis tamen constat iussu senat⁹ redditis rebus gallos ultra alpes recessisse: atq; M. Claudium ipsum Istricum bellū deiectis barbaris illico moliri cœpisse: hunc ego eum. M. Claudium esse puto qui oppidum euertit ad duodecimum lapidem ab aquileia inuito senatu ut Plinio auctore. L. Piso tradidit: atq; id ipsum oppidum fuisse: unde Galli deiecti fuerant. Quod autez non longe ab aquileia euersum oppidum Plinius dicit: ad sua tēpora allusit. Nam cum Galli de quibus multa diximus ex hac terra depulsi sunt nondum aquileia erat condita uti ex uerbis Liuii quæ superius recitauimus potest intelligi. Cæterum bellum ob eam rem idem auctor incohatum scribit: quod apparebat Istros non passuros nouam coloniam loco

Cuius auspiciis patria ī potestatez Ro. uenerit Incerta historia

De oppido euerso non lōge ab aquleia.

sibi proximo conditum iri: de qua mittenda iam ex illo tempore patres consultare cœperant Latina ne an Romana Colonia mitteretur. Placuit tandem Latinam mitti: quum strabo auctor alioquin grauissimus Romanã missam dixerit. Tria latinorum peditum milia ut Liuius scribit in gallorum agrum missa sunt: idest unde Galli paulo ante deiecti fuerant. Quinquagena iugera peditibus data: Centurionibus centena. Coloniam autem ipsam aquileiam nominatã puto ab aquila quæ Romanis signis olim insedit: ut Anneus Lucanus testatur. Signa (inquit) pares aquilas & pila minantia pilis. Signiferi quoq; ipsi Romanarum legionum Aquiliferi dicti sunt. Cæterum publica quoq; ipsius loci signa ad hunc diem flauam aquilam habent: aut fortasse ab irriguo loco in quo sedet aquileia nominata est: nã aquilam & aquilum colorẽ ab aqua dictum Pompeius festus testatur Sed prior sententia probabilior est. Coloniam deduxere. P. Scipio Nasica. C. Flaminius & L. Manliꝰ Acidinus: triumuiri ad hoc ipsum creati. Post conditam aquileiam quia Romana arma a barbaris formidari cœperant status patriæ diu paccatissimꝰ fuit. Procedẽte tempore Cymbris illiricũ tentantibꝰ atq; ob id ipsum patriæ ocium locoꝝ uicinitate sollicitãtibꝰ no lõge a Noreiã seu Norcia ut alii scribũt q̃ in alpibꝰ ẽ cũ eis C. N. Papyrꝰ carbo cõflixit (atq; ĩfectarũ) ut strabo ait abcessit. Liuiꝰ ĩfeliciter eo loco a Rõanis pugnatũ tradit. Haud uero lõgo ĩteriecto tẽpore Quũ tres ferrocissima gẽtes Cymbri Teuthõi & ãbrones uno tẽpoꝛ ĩ italiã erupissẽt. Cymbroꝝ partẽ p noricos descẽdisse Plutarchꝰ ait uterq; exercitꝰ. C. Marii auspiciis deletꝰ; unᵒ n̄ lõge ab aqs sexti

Latina Colonia aqleia.

Aqleia Colonia unde Aquileia dicta.

Vnde aquila.

Qui coloniã deduxerunt.

C. N. Papyriꝰ Carbo.

is qui locus alpibus ꝓxim⁹ eſt. Alter ad Ateſim fluuiũ Treceta quadragita milia Barbaroruꝫ cæſa: & centum quinquaginta capta ſcribit Liuius: Plutarchus numeruꝫ extenuat Si autem ꝑ Noricos qui ꝓximas patriæ alpes tenuerũt iter habuere: uti ex Plutarchi ſententia habuiſſe cõſtat. Quid ẽ cur per hanc oram illos erupiſſe nõ crederẽ debeam⁹? aut certe per ꝓximos fines. Fuit autem motus ille uniuerſe Italiæ nõ modo locis per quæ eruptio facta eſt. Formidabilis: quare eius tumultus patriam hanc haud expertem fuiſſe crediderim. Sed magnã potius eius procellæ partem aut ſenſiſſe aut quod magis credo ſuſtinuiſſe oportuit. Interiꝫ uero Romana arma citro ultroq; per hanc patriam aſſiduis barbarorum motibus geſtata: ipſis patriæ Incolis pene domeſtica facta ſunt. Quippe qui interdũ tres integras legiones huc in hiberna miſſas ſuſtinuerunt: Quas ſub initium gallici belli quod ultra alpes geſtum eſt. C. Cæſar duabus additis qua ꝓximum fuit ut ipſe ſcribit in Galliam tuadrxit. puto ego ea parte alpium quæ montaniſ carnis incubat legiones ipſas traductas: ubi exciſam rupem militari: opere cũ inſcriptione. C. Iulii cæſaris eſſe diximus. Ceterum quotiens bellum Iſtris. Pannonibus. Dalmatis: Illyriciſ. & germanis illatum eſt: hac uelut publica porta Romãis armis acceſſus patuit & reditus. Cæſar Auguſtus ut Tranquill⁹ ſcribit Aquileiam uſq; ſæpe ꝓgreſſus eſt: quuꝫ externa bella per legatoſ moliretur. Sed quid hæc? ꝓditum eſt a multis urbem ipſaꝫ quaſi proximum ſuburbanum a Cæſaribus & eorum familia frequentari ſolitam. Ibi enim Iuliam Auguſti filiam ex Tiberio nondum (ut arbitror) principe peperiſſe Trãquill⁹ ſcribit: qua prole extincta Tiberius ſemper ab illa ſecubuit

Eruptio cimbroꝝ in patriam.

Romana arma pene domeſtica patriæ uis facta

Patria uelut publica porta. Ro: armis ad ꝑegriã bella patuit

Puerperuꝫ iuliæ auguſti filiæ.

Ego eo tempore Iuliam aquileiæ subsedisse crediderim quo Tiberius Illyricum bellum omnium externorum post p̄ unica difficilimum. Triginta ut idem auctor tradit legionibus triennio administrauit: atq; idem q̄uis augusti litteris sæpius reuocatus exercituq; interim summa frugum inopia laborante strenue confecit: Domito Illyrico quantumcunq; inter italiam. Noricum: Macedoniam: Danubiū: & Maris Ariatici sinū patet. Sed hic fortassis quærat aliquis qd sit. quod ubi constet uelut in principio libri huius diximus: Lat⁹ hoc Italiæ quod a uaro fluuio ad Timauum alpibus subiectum est: externarum gentium montibus pæter cætera ipsius terre loca fuisse semper obnoxium. hæc tame patria una omninm sepissime ac maxime a barbaris fuerit infestata: Ego ne prolixior sim breui qd̄ sentio dicam. Nempe siquis recte cōsideret locoꝝ omniū naturā (de iis loquor quæ alpib⁹ subiecta sunt) ita accidisse haud sane mirabitur. Reliquū. n. ipsius terre haud longe a mari recedit: aut asperitate alpium obstruit. Cæteꝝ quātumcūq; illud est unigeniti Gallicæ obnoxiū uidetur: hæc autē patria præterq̄ qd̄ Germanis: Illyriis. Dalmatis: & Istris: nō tantū proxima: Sed etiā cōtermina ē: nescio quo nam modo ab alpib⁹ ipsis enudatur: quæ iuxta hæc loca magis ac magis mitescūt: & quasi de industria sese supabiles exhibent. Desinūtq; tantā terrā suo ambitu circuire: uadum amplissimum quasi patentē portā inter se & mare relinquentes. ut esset unde Barbari: fœlicissimā alicquin terrā: sine aliq̄ supandaꝝ alpiū labore perpetuo infestarent Accidit huc ꝓpinquū mare quo ad meridiē: ut supiore libro dixim⁹ alluitur: qua pte hæc terra nō īmodicos pegrinaꝝ gētium ad hunc diem excœpit motus. Sed iam locus postulat:

Att. Illyricum Bellū

Illyrici fines.

Ratio cur patria sepius q̄ r̄liqua loca alpib⁹ obnoxia infestata a Barbaris

Causę q̄b⁹ orit̄ cur patria hæc in primis sit barbaris obnoxia eruptiōib⁹.

ut ad aquileiẽsis ecclesiæ conditionem transeāus: unde Tertius instituti operis liber sumet exordiu3

M: ANTONII SABELLICI DE VETVSTATE PATRIE: LIBER TERTIVS INCIPIT: QVI VNICVM BELLVM INSCRIBITVR.

VTABAM. EGO. QVANDO. AD. RECENTIORŨ tẽporum descriptionẽ uentu3 esset: difficilima3 me lucubrationis huius partẽ trãsegisse: siquidẽ illa quæ duob9 supioribus libris cõtinẽtur: q̃a neq3 certo loco neq3 apud certũ auctore3 quæri potuetunt haud facilẽ nobis indegatione3 præbuere: Apparebat autẽ ex hoc ipso ut quæ deinceps scripturi essemus illa ipsa quãdo a cõpluribus essent illustrata minus laboris habitura. Hac ego adductus opinione anhelaui fateor ad illorũ lectionem nõ aliter q̃ ad pspicuũ fontẽ sitiens uiator solet: S3 q̃bone de9 illic oĩa a nr̃a expectatione diuersa inuenim9: quippe quæ pene plus tenebrarũ q̃ lucis legenti mihi offuderũt. Pi9 pontifex: Platina: Leonard9 Aretin9: & quidã alii q citra humanæ salutis tempora scribere orsi sunt: & si diligentissimi alioquin fuere: atq3 iidem Latinissimi: q̃ paucissima tamen afferunt quæ ad nostrũ faciant institutũ: atq3 ea ipsa siqua sunt: tã breuiter exponũt: ut mãifeste appareat nihil eos minus uoluisse quam patriæ huius monumẽtis cõsulere: Paulus autem diaconus & quidam alii recentiores eum secuti: q̃ ad res patriæ pene uniuersam referunt historiã: ab his quæ quadrigintesimo ferme anno post aquileiensis ecclesiæ constitutionẽ gesta sũt scribẽdi initiũ sumpserũt. Cæterũ ea ipsa quæ tradũt adeo nõnũq̃ iter se discrepãt: ut neq3 tẽporũ neq3

Pius pontifex
Platina.
Leonardus aretinus
Paulus diaconus.
Recẽtioru3 scriptoru3 confusa dispositio

rerũ ratio cuiq̃ constare possit: quo fit ut in hoc q̃q; tercio uolumie: & quæ ĩ reliquũ scribẽtur ĩtercisaꝫ ac mutilatã: (quod futurũ non putabã) resarcire cogar historiã: uerũ dabo opaꝫ ut ĩ ipsa rerũ ĩuentiõe ac dispositiõe id diligẽtiæ adhibeam9 ut q̃cunq; memoriæ tradiderim9 ea ipsa sint nõ min9 lucis habitura q̃ si oĩa quæ ad historiæ cõsumationẽ reqrunt nobis uno tẽpore affuissent: Sed ad aquileiẽsis ecclesie originẽ redeamus

Perspicuitas optima ĩ oratione qualitas p̃mittitur.

AM PRIMVM ILLVD PLANE CONSTAT p9 Christi r̃gis nr̃i ap patrẽ ascẽsũ dieb9 Pentecostes cõpletis: discipulos spiritũ sanctũ accæpisse, quo ĩbuti Dogma salutis omnib9 gentib9 uariis linguis prædicare cœperũt: quod ipsũ ut facili9 fieret ne item frustra scriptum uideret a propheta: in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: terrarũ prouincias inter se partiti sũt: ueruꝫ Petrus omnium princeps Pontum: Gallaciã: Bithyniam & Cappadociam sortitus Antiochenã sedem annis septẽ tenuit: ubi uero asiaticas ecclesias diligẽter firmauit: secũdo claudii anno Romam uenit: ut in ea urbe quæ alioquĩ per id tẽpus reꝝ domĩa esset apostolica sedes fũdaretur. Pulso itaq; hinc miraculoꝝ certamĩe simone samaritão q magica arte uniuersũ ferme populum ad studiũ sui traxerat: Conuersus Petrus ad uerbum dei propagandũ Rogatur a multis ut Ioanni cui ĩ baptismate cognomẽto fuit. Marco cõscribendi euãgelii negociũ traderet: quippe cui9 uita & mores uulgo probarentur. Is ut Hieronymus tradidit in Israel sacerdotium agens & secuudum carnem leuita idest appositus esset ad christi fidem conuersus est: Romæq; Euangeliuꝫ scribit: Qua propter nõ nihil illos uidisse arbitror qui eũ

Diuisio p̃uinciaꝝ inter apostolos

Antiochẽa sedes:

Aduẽt9 petri Apostoli Romam

Simo samaritan9

Quod nomẽ olĩ fuisset Marco euãgelistæ

Marc9 euãgelum scribit:

a Petro Romaȝ deductuȝ tradiderunt. Scriptoq; Euangelio quod Petrus magnopere probauit continuo Alexandriam profectus est (Philo iudeus est auctor) ubi ecclesia optie constituta octauo Neronis anno interiit: Sed miror platinā magis unum philonem q̄ omniū ferme scribētiū consensum secutum: id quoq; tradidisse: quūȝ constans phama sit atq; id ipsuȝ secræ litteræ testētur Marcum Euangelii auctorē prius Aquileiam missum: ubi quū miraculis & doctrina nouæ ecclesiæ fundamenta iæcisset Romaȝ cum Hermagora uenisse atq; sub hæc tēpora in alexandriā profectū: Hermagoras autem ī ecclesiæ nouiter fundatæ Episcopum a petro elect⁹ Aquileiam Reuersus est: continuoq; hic seniores: Leuitas: & diaconos constituit: inde ad prædicationē Euangelii cōuersus ecclesiaȝ multis miraculis auget: & illustrat: maximāq; populi partem ad lucē ueritatis & fidē contrahit: uerū reclamantib⁹ in seuastū tiuitatis præsidē gentiliū deorū sacerdotib⁹ atq; coraȝ minantib⁹ se cum suis popularib⁹ adhuc ī pstina religione prestantib⁹ in eū impetum facturos. nisi illico hominem maleficum (ita enim īprobissimi homines nostros christianos appellant) tolleret. Seuat⁹ hermagoræ suaderē aliquandiu perstitit uti a uano & piculoso absisteret īstituto: Quū autē nihil pficeret eum neruis cæsum in carcerem coniicit: ubi multis operatus miraculis atq; plerisq; interiȝ ad christi fidē cōuersis: seuasti iussu cū fortunato clācu luȝ occiditur. Apparebat eniȝ populū haud qnāq̄ id laturū si de ei⁹ morte publice cōsultatū esset: Sanctoꝝ corpora Pōtianus qdā & Gregorius uiri haud ignobiles nuper ad christū conuersi cum Alexandria fœmina illustri extra murum ciuitatis sepeliuere. Hæc habui quæ de origine aquileiēsis eccle

Philo iudeus:

Hermagoras æpiscopus aqliensis.

Cōstitutio aqliēsis ecclesie

Seuast⁹ Aqleiæ Antistes:

Cædit' neruis. Hermagoras

Occiditur hermagoras cū fortunato:

Vbi sepulti hermagoras & fortunatus:

siæ referrē: uerum quia ita comparatum est: ut quanto quis imperitior sit eo prumptior ī uitupatione rerum alienarum esse soleat: admonerē itaq; eos ipsos (de imperitis loquor) quū initia ecclesiæ aquileiensis refero deq; eius cōstitutione interiꝫ loquor: non de mœnibus & tecto. Sed de cætu & cōuentu catholicæ opantiū me intelligere. Nemo est. n. tā stult9 qui nō uideat haud potuisse fieri ut ædes aliqua aut altare prætextu no[m]ie religionis publice p id temp9 a christianis poneret: quippe qui non omnino multi essent atq; iidem ipsi magistratibus urbiū ac potentissimo cuiq; īuisi. Ostenderē itaq; ecclesiam longe diuersum ab ædificio significare nisi plane uiderem id plures immo pene omnes ītelligere. Illud quoq; locus hic non patitur me silentio præterire: usq; adeo fœdaꝫ illam longobardicæ tempestatis barbariem his terris resedisse: ut in Hermagoræ pronūciatiōe ad hunc diem duo uulgo cōmittantur barbarismi. Sub idem uero tempus quo ecclesia ipsa constitui cœpta est: ne qua interim his terris ocia darentur: quum ciuiliter de imperii electiōe inter Romanas legiones certaretur: binaq; hominum milia secundæ legionis a Mesiaco exercitu Othoni missa auxilio esset: nunciatū q; his in uia esset: Othonem desperatis rebus ultro mortem oppetiuisse Aquileiaꝫ usq;: ut Tranquillus scribit perseuerarunt quasi rumoribus minus crederent: ubi per occasionem & licentiā omni rapinarum genere ī aquileienses grassati sūt Cuius nefandi sceleris ueriti nequādoq; sibi Romā reuersis reddenda esset ratio: ac pœna subeūda: de noua imperatoris electione inter se agitare cœperunt: & breui quum summaꝫ imperii Vespasiano deferrēt: causam illi adhuc dubitanti præbuere in Italiam maturius properandi atq; imperium

Quid ecclesia sit.

Duo barbarismi ī hermagoræ pnūtiatione

Mesiaci exercitus legiones:

Att: facin9 Romanarum legionū in aqleiēses.

ipsum ferocius Inuadendi. Procedente deinde tẽpore ut sũt
rerum humanarum uices: In quibus perpetuum aut stabile
nihil est. Sed quadam uelut successione bona malis: mala
bonis tenaciter hærent: ut neutrius status sit diuturna pos/
sessio: inter tot rerum discrimina & labores fœliciora Aquile
iæ tempora affulserunt: ut & aliquandiu ab externorum ar
morum iactatione quieuerit. Atq; Pii qui ruffio patre in ea
urbe natus est pontificatu fuerit Illustrata: Eo autem seden
te ferunt. L. Aurelium Imperatorem inter Concordiam & al
tinum quum curru ueheretur apoplexiæ morbo extinctum:
hunc ipsum inter bonos potiusq̃ malos imperatores quidã
reponunt: quidam uero humani generis hostem ob uitia ap
pellatum scripsere: Sed fuerit quantumlibet malus: haud ta
men sæuitia & impietate maximinum superauit: Qui ali/
quibus interiectis cæsaribus illi successit. Hic sextus a Nero
ne christianos persecutus est: uerum quum aquileiam obsi/
deret Mammeæ mulieris christianæ & origenis mortez im
modice cupiens a pupieno cum filio Maximio occiditur. Fe
runt in ea obsidione aquileienses fœminas capillos sibi ad
bellicum usum secuisse: quum funes ad intendendos arcus
& cetera instrumenta bellica deessẽt: Atq; ob id ipsum in ho
norem matronarum senatum ueneri caluæ templum dedi/
casse: nec multo post Gothos illyricum & Macedoniam ua
stantes incredibili clade imperator Claudius superauit.
Quapropter aureo clipeo in curia & in capitolio statua au
rea a senatu donatus est: hũc ĩ sirmio mortuũ ferunt. Qui
tilius frater qui ei ĩ imperiuz successerat decimoseptimo sui
principatus die Aquileiæ occiditur: in his quoq; locis inter/
iecto tempore Constantinus imperator qui inrer Constanti

Att. humanarũ reruz uices

pius pontifex patriarcha aqleiẽsis.

L. Aurelii ĩperatoris mors.

Sexta christianorum psecutio.

Obsidio Aquileiæ

Nota facin9 aqleiensiũ fœmiarum:

Venus calua:

Honores claudio impatori decreti.

Quintilius ĩpator aquileiæ occidit.

ni magni successores habetur: dum Constanti Fratri bellum inferens parum caute pugnat occiditur. Coustans quoq; decimoseptimo sui imperii anno suorum fraude oppressus: Constantinus utriusq; frater imperium adeptus: quum Arrianæ secte studiosus esset Athanasiumq; & cæteros catholicos interim oppugnaret Liberium pontificem Athanasii & omnium christum cum patre homusion prædicãtium fautorem in exilium eiicit: quem aquileiam peregre progressum a Fortunatiano seu Fortunato ut alii scribunt: Aquileiensi episcopo ad hæresim & discordiam solicitatum ferunt. Scribit Platina Theodoxium imperatorem (paucis ut puto interiectis annis) apud aquileiam maximum Tyrannum Gratiani interfectorem oppressise. His temporibus Ruffinus aquileiensis ecclesiæ presbyter non pauca acutissime scripsit. Extant inter cætera eius epistolæ immo inuectiuæ potius ad Hieronymum & rursus Hieronymi ad eũ: quæ haud mutuæ æmulationis inditio carent: Distat tamen non parum uterq; ab altero in eodem scribendi genere: Densior ille: hic copiosior: ille arctius pugnat: hic latius: ille acumine nititur: hic uero pondere: uerum non omnino elegans ille: hic autem non solum elegans: sed comptus etiam: & breui talis: quem pro Ciceroniano ad tribunal dei in crepitum (ut ipse testatur) credere possit: Sed uideo q interim inepte faciam homo omnium pene litterarum expers qui tantorum uirorum ingenia uelut alter aristarchus in trutina suspenderim: uirgilianum itaq; illud testati: Non nostrum inter uos: notum ẽ carmẽ Ad illud reuertimur Quod Ad aquileiensis ecclesie decus attinet: Siquidem præclarum fuit duos excelenti ingenio

Cõstãtinus circa aqle iã cæsus est
Liberius põtifex
Fortunatianus aquileieñ: Antistes:
Maxini tyrãni cædes
Ruffinus presbyter
Hierõymus
diuersus hieronymi & Ruffini stilus
Laus hieronimi

uiros & quasi bina christianæ fidei Lumīa ī ea ecclesia eodē tempore refulsisse. De Rufino nemo dubitat. Hieronym9 autem se baptismatis lauacro Aquileiæ insignitum ī symboli expositione testatur: Quo fit ut uel in ea urbe eum natū confiteamur oportet: uel certe non ꝓcul inde: quippe quē aquileiensis parrochie uel ex hoc ipso fuisse manifeste appareat:

Eruptō gothoꝝ ī italiã duce Alarico.

Per id ferme tēpus Gothi duce alarico Italiã ĩuasere de quorū aduentu priusq̃ dicã: ut breui9 potero de origine & successibus gentis ordīe edisera3: Sunt Gothi q nō multum diuersa appellatione Gethæ olim dicebantur: origine Scythæ: hi sedes Tanaidi ꝓximas ī Europa habuere: Ferox gen9 hominum & ad mortē promptissimū: Trogus eos ī asia cōstituit:

Origo gothorum.

Eoru3 gesta inter asiaticas res referens a Lucullo oli uicti ex mesia in quã ꝓuinciam primum irruperãt eiecti sunt. Cæteru3 procedente tempore constateius gentis oratores ad augustu3 uenisse gratia petende pacis missos: Ablaui9 gothus tradit ab Agrippa Danubiū transire cōpulsos sub Domitiano reuersos aduersus eos Opius sabinus primum: Inde Cornelius fuscus missi sua & exercituū clade infœliciter pugnarunt: Cornelius Tacitus ē auctor: Traianus princeps eis pace3 petentib9 dedit Antoni9 cognomento Caracalla: Tumultuariis q̃busdam præliis eos fudit: Gordianus Danubiū uersus mouentes ab instituto itinere magis auertit quam superauit: Non multopost: uesogothæ qui prius per se Romana arma irritauerant iunctis sibi ostrogothis: In duas enim gētes Gothi diuisi sunt: in orientales scilicet & occidentales: Id germanica lingua sonant ipsa nomina. Mesiam & Thracia3 fœdissima populatione euastauerunt: Trecenta armatorum milia fuisse feruntur: Decius Pãnonius a Philippo imperato

Lucull9 gothos superauit:

Varii Gothoꝝ Euentus:

Vesogothe Ostrogothæ:

re aduersus hos missus pluribus præliis superatus īfecta re Romam rediit: Occiditur interim Philippus cuius morte ꝓuincia in uesogothas dilata est: cū gallo deinde pacem Barbari innouauerunt: Sed non multopost per occasionē Thraciam & Macedoniam occuparunt: Compressit autem eorū ferociam uiresq; retudit Claudius imperator cui secundo cognomen fuit. Trecentis milibus Barbarorum cæsis duobusq; milibus nauium sūmersis. Hic est ille Claudius cui ob res bene gestas clipeū ī curia & ī capitolio statuā aureā senatū decreuisse diximus: Aurelianus princeps q claudio succesit Canabium Gothorum regem res nouas molientem ad ripam Dānubii magno prælio uicit: abductæq; ex ea pugna sunt decem mulieres in triumphū: quæ uirili habitu accerrime pugnarant: titulus autem qui ī triumpho prælatus est significabat eas ab Amazonibus ortas: eosdem hostes Constātinus magn9 ex sarmatia quā occuparat depulit: atq; p id ipsum tēpus multis cladibus atriti se aliquādiu ītra natalis soli fines tenuere: Sȝ hīc q̊q; uesogothæ nō multopost ab Hunnis deiecti Danubiū traiecerunt: ac sine Fœdere aliquo a ualente imperatore accæpti fame & Iniuriis ob ualentis auariciam adacti arma corripuere: euictoq; ualentiano exercitu ī Thraciam populabundi ingressi sunt. Nec multopost & ualentem ipsum obuiam factum magna strage superant & occidunt: Constantinopolim que uictoria elati obsident: sȝ obsidio ipsa irrita fuit. Gratianus ualenti successit qui Theodosio uiro impigro ex hispania accersito uesogothas pluribus præliis superauit. Gratianus uictor cum Athanarico Vesogotharum rege fœdus percusit. Quo mortuo Barbari rege carentes imperio aliquandiu suam militiam impenderunt.

Mors philippi imperatoris.

Claudii secūdi de Gothis īclyta uictoria.

Canabius Gothorum Rex:

Amazones

Hunni.

Valens imperator a uesogothis occiditur:

Theodoxi9

Veruꝫ procedente tempore Archadio orientalis res imperii administrante Vesogotæ stipendio priuati: in pãnoniã secessere. Alaricũq; regeꝫ ex nobilissima Balthoꝶ inter Gothos familia sibi constituunt: Cui Radagasus & ipse Gothus cuꝫ ducentis milibus se iunxit: hoꝶ duorum auspiciis Gothi in Thraciam: Pannoniã: Noricũ: & Illyricum fœda populatiõe grassati in Italiam erupere: Romamq; ipsam quondã reruꝫ dominam cœperunt: in quam captã omnis sæuiciæ & ignominiæ genere grassati sunt: Tum uero urbs augusto ut Ennius ait augurio condita desiit esse qđ fuit: Anno sui natalis Millessimo centesimo sexagessimoquarto. Christianæ uero salutis quandringenresimo duodecimo. Hæc ego de origine & icremẽtis gothoꝶ longiore fortasse sermone q̃ res ipsa exigere uidebatur prosecutus uideri possum: & quasi alienum a nostro instituto fecisse quod tam multa de ea gente retulerim: Cuius motus ad hanc terram nihil ferme attinere uideatur. Ast ego post urbem Romam: quæ calamitosa illa tempestate omnibus malis concussa est: nullam aliam Italiæ oram motibꝰ illis magis obnoxiam fuisse crediderim q̃ hanc terram: q̃ irrũpentibus illis primum occurisse oportuit: Nec me illud mouet qđ nemo scribentiũ aperte tradat qua Italiæ parte facta sit eruptio: quum uerisimillimum sit circũiectis puinciis: ut diximꝰ uastatis: qua eis proximũ facilimumq; fuit ĩ hosticũ transmisisse: Cæteruꝫ constat post Attilæ mortem Gothos rursus Italiam Aquileiensi ora euastata inuasisse: uti suo loco dicemus. De his itaq; quum tociens dicendũ esset non ab re sum mihi uisus facere: siquæ alio loco haud ita fortasse oportuno dicenda erant: nunc quum primuꝫ mentio de illis incidit dixerimus. Sed ad Attilæ gesta inte-

Alaricꝰ rex a gothis cõstituitur

Roma a gothis oppressa

Patria Gothicis motibꝰ obnoxia

Secũdo Gothi ĩ italiã erumperẽt

fim ueniamus: Quem non multo post primam gothorū
eruptionem recentia forte illorum uestigia secutū in hanc
miseram Italiæ oram uenisse constat. Verū anteq̄ illius ge
sta attingamus de Hunnorum origine: quorum rex ille fuit
q̄ paucissima dicenda sunt. Priscus quidam non paruæ au-
thoritatis homo: quippe qui apud Theodoxium Iuniorem
epistolarum magister fuit: scriptum reliquit se ab imperato
re oratorem missum in Scythiam ad Hunnorum reges: Vn Origō hūnorum
de intelligi potest Hunnos Scythicā esse gentem. Regnum
eius gentis: per id tempus Attila & Belda seu Bleda nam
utrunq; scriptum reperio fratres habebāt: Is ingentibus flu
minibus transmissis ait se ad eum locum peruenisse. Vbi in
digoia Gothorum fortissimus sarmatharum dolo occubue- Indigoia:
rat: ne procul inde uicum fuisse scribit: ubi Attilæ regia erat Atilæ r̄gia
uicus in ambitum amplissime urbis patens lignea mœnia
habebat: atq; ea ipsa ex tabulis facta quarum cōpago ita so-
lidum mentiebatur: ut uix ab intentis oculis posset iunctu-
ra depræhendi: Triclinia prærerea ambitu prolixiore distin
cta: porticusq; non sine regali decore cōstructas. Areā ad hæc
in medio patentē amœnissimis ambulacris undiq; cinctā. Aula attile
Cuius dignitas & amplitudo regiæ aulæ speciem præ se fe
rebant: atq; hanc ait fuisse per id tempus Attilæ regis sedē:
huic aūt pr̄ Mundzetice⁹ fuit: p⁹ quē Octar & Rhoas fratres
Regnum tenuere: quib⁹ mortuis Attila cum fratre regnare Mundzetice⁹ Attilæ pater
cæpit: Fuit autē ipse Attila superbus incessu huc atq; illuc
circunferens oculos: ut elata potentia in ipso quoq; motu
corporis appareret: Ad hæc bellorum amator. Sed ipse ma Mores & forma attilæ
nu temperans: Cōsilio ualidissimus: supplicibus exorabilis
Forma breuis: lato pectore: capite grādiore: Minutis oculis

Rarus Barba: Canis aſpſus: Simo naſc: tetro colore: originiſ ſuæ ſigna præ ſe ferens: hinc puto natam eſſe fabulam: quaꝫ nobis ex hiſtoria gallica pro theſauro quodam nuper oblataꝫ nõ ſine riſu legimus. Erat in ea ſcriptum ex Oſtrubaldi Hungariæ regis filia & domeſtico cane natum Attilam: atq; eius nefandi concubitus illum ſemiuirũq; canem ſemicaneꝫ q; uirꝝ (ut Ouidianũ carmẽ imitemur) manifeſto oris argumẽto crimẽ prodidiſſe: quaſi uero nõ ſatis aperte poſteritas ipſa riſerit: quæcũqꝫ olim gæcia de minotauro fabulata eſt. Sed ad Hunnorum geſta redeamꝰ. Quibus eam inuadẽdæ Italiæ cauſam fuiſſe crediderim: quia cognouiſſent primo in curſu fœliciter gothis eueniſſe qui nuper eam terram inuaſerant. In ſpem itaq; maioris potentatus erecti pannoniam: Macedoniam: Myſiam: Achaiam: & utranq; Thraciã breui tempore flamma ferroq; deuaſtant. Sed cum Attilæ conſilia ad inuadendam Italiam ſpectarent: atq; Bledæ fratris authoritas expeditionem ipſam remoraretur: qppe q longiorẽ militiam diſſuadebat factum eſt: ut dum ille Budaliam urbem muro cingere ſtudio parat fratris fraude perẽptus ſit: Attila uero ſuis ſuſpictis rẽ gerendã uidit: iunctis ſibi Oſtrogotis: Gepidis: Marcomannis: Quadis: Erulis: & Turingis: Quingentis milibus armatoruꝫ germania ex parte populata. Galliaꝫ ingreditur: nec multo poſt in Tolɥſanis campis magno prælio ab Ecio patricio & Theodorico ueſogothaꝝ rege uictꝰ eſt: ſunt q ſcribant ea pugna utrinq; ad centũ octoginta milia cecidiſſe: ipſũq; Attilã poſt ſuoꝝ fugã (ſi acrius hoſtes inſtitiſſẽt) de morte ſibi cõſciſcẽda cogitare cœpiſſe. Veꝝ iſtaurato exercitu ad põrẽ ferme magnitudinẽ p germãiã ĩ Illyricũ uenit: breuiq; Traguriũ: Sibinicuꝫ: Belgradum: Iaderam

Oſtrubaldꝰ ungarie rex

Succeſſ: hũnorum.

uBdalia.

Quæ gentes ſub attila militart

Att: fœdiſſimaꝫ ſtragem.

Trauriuꝫ Sibinicum

Segniaȝ: Polaȝ: Parentuȝ: Emoniamq; expugnat ac diripit: Valentiani copiæ inter Arsiam fluuium & Tergestinum sinuȝ factæ sunt barbaris obuiæ: eas Attila minimo negocio fudit: Quæ ita prælio uictæ sese Aquileiam receperũt. Progressus Hunnus Aquileiã: quum appareret opulentã ea tempestate urbeȝ haud facile capi posse eaȝ obsidione cingere ꝑgit: atq; reliquum patriæ ferro & flamma fœdissima interiȝ populatione uastat: Sub tam ꝑiculosi belli initia magnam mortalium uim ex continenti in Insulas quæ plurimæ sinu Adriatico iacent confugisse fama est. Hic uero referre libet: qđ de euersione Aquileiæ a scriptoribus admodum paucis accepimus: ac primum illud inter omnes ferme constat obsidionem ipsam in tertium annum dilatam quod pene incredibile dictu est: ut urbs & si non ignobiles non tamen opulentissima: qppe quæ nullum unquam impeitum habuisset: immo ne libertatem quidem: quando ad eam diẽ Romanis armis paruisset: quingenta & amplius barbaroꝝ milia tã diu sustinuerit: Quum paucis ante annis urbs ipsa gentium domina a Gothis & aliis ribus & numero hunno inferioribus capta & direpta fuisset. Sed situm loci fuisse credide rim & natura & humano ingenio ad omnes hostiles conat9 arcendos longe munitissimum. Cæteꝝ ipsam maris ꝓximitatem nõ parum contulisse ad leuandã obsidionẽ credibile est: qua parte auxilia & comeatus undiq; obsessis interĩ subuehi potuerũt. Constans phama est uti libro primo dixim9 & si auctores rei non quales uelim habeo: per id tẽpus Hunnii Arcem Attilei iussu militari opere communitam: unde & loco nomen inditum esse affirmare ausim: nam Hunniuȝ dicendum potiusq̃ utinũ contenderim ut factũ sit nomen ab

Parentum Eemonia Arsia flumen Tergestin9 sinus: Obsidetur aquileia:

Att. diuturnã obsidionem

Causæ longæ obsidionis:

Origo Hũnii.

Hunnis. Quorꝫ rex Attila fuit. Verꝫ procedente tempore (qđ uulgi incuria euenire solet) qđ prius Hunnium dicebatur: Vtinum dici cœptū ē. Nec me mouet rediculū quorundam cōmentum q tenent Vtinum panonica lingua nescio quid significare ad molitionē attinēs: Quum neq; Attila neq; Hunni pannones essent. Sed scythæ ut diximus: uerꝫ hæc omnia primo libro copiosius tractauimus: uenio nūc ad obsidionis euentum. Tradūt quidā nec hi quoq; satis illustres per id tempus aquileiæ Menapum quendã: cum Orico fratre: siue ut alii scribunt Arico præfuisse. Qui quum diu urbem Cōcordi imperio tutati essent: siue longioris obsidionis tedio: siue quod magis credo rerꝫ inopia: siue quod fieri potuit in maiorem spem erecti: Quippe quibus ob diuturnam & quasi segnem obsidionē hostis uilescere cœpisset: omnib⁹ copiis cōstituunt cuꝫ hoste confligere decē armatorꝫ milia i aciem deducta dicuntur: nec hunnus detrectauit pugnam: Quippe qui hostē numero sibi imparē cerneret: uerꝫ quia ex paucitate ipsa apparebat desperatione potius q̄ spe ulla uincendi in acieꝫ descensuꝫ cautius sibi cōfligendum rat⁹ oĩbus diligenter prospectis. Barbarus in hostem uadit: aiūt in his campis ubi nunc Mereti uilla est esse dimicatuꝫ: atq; ex ipso euentu pugne nomen loco indituꝫ. Quod haud uerisimile uidetur ut taꝫ infirma manus aduersus inuictā aciē tā lōge ab urbe: quæ interiꝫ obsideretur processerit. Sed siue hoc loco siue alibi qđ magis credo pugnatum sit. Cōstat primo congressu tanto odio & ira esse utrinq; cōcursuꝫ: ut multa hominuꝫ milia momento temporis cōciderint: atq; ex ipsa fœdissima hominum strage uberimos sanguinis riuos

Menap⁹ & Aricos fratres.

Stratagēma Attilæ

Locus pugnæ.

Att. atrocissimum concursum.

Fœdissima strages.

mediis cāpis decurriſſe. Sed cum utrinq; īpigre dimicaretur
accidit ut ipſi duces facti ſint ſibi obuii qui neutro alterum
refugiente continuo couuerſis in ſe haſtis confligunt: quo
congreſſu phama tenet Attilam equo deiectū in ſummum
q; diſcrimen adductum: ac facile eo die tantoꝝ malorum ca
put interire potuiſſe: niſi ab hunnis & his qui proximi erāt
defenſus cōtinuoq; equo impoſitus fuiſſet. Magnus undiq;
huc cōcurſus factꝰ eſt: ac maius atrociuſq; prælium q̄ alibi cir
ca duces ipſos cōmiſſum. Sed dum ea parte qua plurimū la
boris erat impigre Oricus pugnat graue uulnꝰ accipit: quē
Pugna excedentem ac cruore reſperſum quum infirmæ & iā
dudum per ſe fluctuantes manus uidiſſent illico terga uer-
tunt: Inſtat Barbarus nec fudit fugatq; tantū. Sed paſſim
quoq; palatos hoſtes obtruncat. Menapus neq; adhortatio
nibꝰ neq; minis ſemel fugatā aciē in pugnā reuocare poteſt
Fortuna igitur inclinante qđ unū potuit ſummi ducis præ
ſtitit officium: extremo enim agmine pugnans: ferociſſimū
q; hoſtē excipiens ſuo periculo fugientē ſuoꝝ aciē uſq; ad
mœnia tutatur: fuiſſetq; ſub ipſum ingreſſū ꝓ portis cum
periculo laboratū: hoſtiſq; ciui mixtus forſitan urbem irru
piſſet: niſi ab is qui præſidio ciuitatis relicti erant e mœni-
bus uis telorum ingens in hoſtes coniecta eſſet. Quare bar
bari & cæde & pugna pariter abſtinuere: multa hominum
milia utrinq; occubuerant: Attila ſuos omnes ſepulchro de-
dit. Idem & Menapus fecit: paucorum dierum Induciis ad
id ipſum impetratis. Interī uero poſt tantā ſuoꝝ ſtragē deie
ctꝰ oī ſpe tuēdæ āpliꝰ urbis Oricū grauit uulneratū cū infir
ma manu ī ꝓ imā maris inſulā mittit. Ferunt eam olim

Attila eq̊ dicit a me uapo:

Vulnerat Oricus.

Fuga & cædes aquil iensium.

Att: Menapi ſtrenuitatem.

Inducias ad ſepeliendos mortuos:

Malgradum dictã inde uero Gradũ. Eo sub ipsũ Attilæ Aduentum uxores: Liberos: senes præciosamq; omnem supelectilẽ ab aquiliensibus missaз scripserũt quidaз. Paucis inde interiectis dieb9 Attila structa acie pro mœnibus urbis aliquãdiu stetit: ubi uero hostem ad pugnã elicere non potuit: illico iubet uineas: aggeres. Turres: aliaq; opera bellica ĩ muros urbis erigi: quasi noua uia ubi alia ratione nõ posset hosteз aggressurus & Menapus nocte quæ diem illuз secuta ẽ: dispositis p Turres & ppugnacula, ĩ speciẽ armatoꝝ ligneis simulacris cum his qui secũ subsederant silentio noctis gradum transmisit. Orta luce hunn9 iubet machinas mœnib9 admoueri: interim ferunt quẽdaз regi nunciasse se pro comperto habere urbem omni præsidio distitutam: idq; se ex eo cognouisse qđ aquila pximo simulacro ĩpune sedisset. Sunt qui scribant Attilam Ciconiæ augurio cõfirmatũ: quum tedio longioris obsidiõis infecta re abscedere instituisset: Conspicatũ aiunt fuisse Ciconiam pullos suos quasi alio migraturam extra urbem deferentem: atq; ex eo futuram ciuiũ fugam auguratus in incœpto pstitisse. Quum itaq; desertaз esse urbem appareret iussit continuo signa inferri: Atq; hoc maxime modo Aquileia urbs nobilissima capta & euersa ẽ. Nam ubi barbarus ingressus est eam suis diripiendam præbuit. Præda uero haud tanta fuit quãtaз hostes animo concœperant. Nam ut diximus præciosissima quæq; sub hostis aduentum in pximam insulam delata fuerãt. Non desunt tamen qui scribant: & ciuium & omnis opulentiæ fuisse refertam urbem: quum direpta est: prostitutasq; uulgo fuisse fœminas: Quaꝝ una quuз cerneret uiз pudiciciæ suæ paulopost illatum iri ne eam impune amitteret sese ex ædito lo

Grad9 oliз Malgrad9

Acrior oppugnatio: Menapi & suoꝝ fuga

Vnde cognita sit fuga Mẽapi. Auguriuз

Capit aqleia

Direptio aquileiæ

Att. præclarũ exẽpluз affectatæ pudiciciæ

co ĩ subiectũ flumẽ præcipitẽ dederit. Cæterum ignis iussu regis passim ædib9 iniectus est: ac momento tẽporis urbs clarissima incendio absũpta. Hic lector uelis te parumper hũanarum rerum conditionem cõsiderare. Quãq̃ stulte scilicet homines faciant: qui hæc terrenarum rerũ ornamẽta uelut imperia: opes: magnificosq; urbium apparatus tanquã ꝑpetua & omnino stabilia bona laudant: mirãtur & extollunt. Ecce uel ex hoc qđ dicam cõtemplari licet quanti ea omnia sint facienda: Vno ferme eodemq; tẽpore Roma gentium domina amisso imperii fulgore ignominiose capta ac direpta solitudinis & ruinæ plẽa suo Augusto solo uelut Priamus ille ad arã hercei Iouis miserabiliter cõcidit: nec interim illi aut prouinciæ quas domuit aut Reges quos in triumphũ duxit: aut ipsa uetus gestarum rerum memoria quicquã ꝓfuit. Nec Aquileia alterum Italiæ lumen diu illi supstes fuit. Sed quũ maternos cineres indignamq; ruinã attonita spectaret: ipsa quoq; nõ minore clade oppressa est: De origine ipsius priore libro abũde diximus: uerum nõ ignoro fuisse quosdam e numero ignobiliũ scriptorum qui tradiderint Aquileiam ipsam Roma longe antiquiorem æqualẽq; Patauio: Altino & Concordiæ: quippe quas uno ferme tempore a Troianis qui cũ Antẽore uenerãt conditas affirmare audeant: Quod an uerum sit quum Liuiũ audiuerint ipsi uidebũt: Verba Liuii supiore libro: quum de Gallorum eruptione in hãc patriam loqueremur recitauimus.

Aqleia concrematur.

Att. rerum humanarum ĩstabilitatẽ Memoria Romanæ cladis.

De antiquitate aqleiæ

M. ANTONII SABELLICI DE VETVSTATE PATRIE LIBER QVARTVS INCIPIT QVI BELLVM LONGOBARDICVM INSCRIBITVR.

OGITANTI MIHI. Atq; sæpius animo reputanti calamitosa illa Hunnici belli tempora: dubitatio

quædam nõ paruã occurrere solet: sit ne uerũ illud quod uul go dicitur: nullũ esse tam grauem casũ: nullum tam acer- bum fortunæ uulnus: quod non tacita quædã latentis boni comitetur necessitas. Ego & si illud cuiusmodi sit affirmare non ausim: nescio tamen quo nam modo ex his quæ tempesta te illa euenere coniectare atq; colligere soleo: adagium illud haud omnino carere ratione: nam si quis hinc accerbissimos illorum temporũ casus: incendia: clades: urbium excidia: & reliqua mala: quæ hæc uenetæ terræ ora per id tempus per- pessa est suspenderit: Inde uero Augustã unius urbis origi- nem: quæ Romano cadente ĩperio uelut diuina quadam ꝓui dentia nasci uisa ẽ: ut esset ubi meliore fato illud sua sede de pulsum ꝑpetuo quiesceret. Is certe intelliget lucem hãc quæ te nebras illas secuta ẽ: nõ æquilibriũ tantũ facere: sed præpõ derare etiam omnibus malis quæ ex tẽpestate illa fœdissima orta sunt: nam si nomen gloriã: diuitias: potentiã: suspicimus hæc enim ferme sunt quæ mortales mirari solẽt) Quid aq leia: Quid Concordra: Quid altinum: Quid uniuersa Ve netia tunc habuit: quod cum unius uenetiarum urbis splendo re: opulentia & Imperio comparari possimus? Fuit (fateor) tũc aliquod uenetæ gentis nomen: sed non tamẽ usq; quaq; cele bre aut multis notum: quippe quod ne uniuersa quidem ita lia adhuc bene nosset. Nunc contra nulla est tam remota tel lus: nulla tam Barbara natio ad quam ueneti nomĩs fama non peruenerit. Transeo maris imperium: Tot ꝓuincias: tot urbes: tot clarissimas insulas: quæ illorũ hoc tempore parent potẽtiæ: Trãseo quoq; res terra mariq; gestas: quæ plane argu unt: aut nullum aliũ adhũc diẽ populũ: aut certe hũc unum extitisse: qui post oĩa Romanæ gloriæ & uideri & dici possit æmu

Attẽde tri tũ ꝓuerbi um.

Attende cõ parationẽ Laus uene tiarum

Splendor ueneti no minis

lus:quod quum ita sit haud scio an bene actũ fuisse cũ hac patria & reliqua uenetæ terræ ora p id tempus dicendu3 sit potiusq̃ mali quicq̃ accidisse:quando eam bellorum tempe- statẽ perpetuu3 lumen nõ tantũ his terris:sed uniuersæ etiã Italiæ peperisse manifeste constet:Sed qua id ratione cõtige rit:nõ ab re fuerit in prima parte huius quarti libri breuiter enarrare:quod sanæ faciam si prius pauca de his quæ ab hũ nis post aquileiæ euersionẽ in patria gesta sunt retulero.

APTA ET EVERSA AQuileia continuo Hun nus Concordia3 uersus mouet:Regebat p id tẽpus ea3 urbẽ Regulus quidã Ianus nomine:Is audito Aquileiæ excidio ratus quod erat hostẽ nõ multo post affuturũ: Ariadna3 cõiugẽ cũ Regia ga3a ĩ proximas maris insulas præmisit:ipse urbis præsidio eẽ uoluit:quæ ab hoste ferocissimo breui capta & ĩcẽsa ẽ:INDE Altinu3 & alia pleraq; uenetæ ore oppida dirpta soloq; æquata sũt.Per id tẽp9 aqleiẽses(ut dixim9)Gradũ cõmigrarũt.Cõcordiani crapulas:Altiates Torcellũ:Maiorbiũ:& amorianũ:Pataui uni cũ sacris & præciosa supelectile Riuũaltũ tenuer:ĩ mdio ferme uenetiarũ loc9 ille ẽ hoc tẽpore.Hic pria urbis facies cõ spici cœpta ẽ:ædib9 in speciem noui oppidi nõ temer̃ dispo sitis:magn9 undiq; ĩ eũ locũ fact9 ẽ cõcurs9:ĩgẽs nobiliũ ma n9 uelut ĩ nouã ciuitatẽ euocati cũ liberis:sacris:præciosisq; rebus conuenere.Septimo kalendas aprilis iacta fuisse pri ma urbis fundamenta scripserunt quidam:in quibus ẽ Lau renti9 monach9 patria uenet9.Nec ex ignobili colluuiõe gẽ tium quod in magnarum urbium originibus sæpe euenis- se constat noua ciuitas conflata est:Siqdẽ utiq; tum præ potens ac ualde Nobilis fuit ita ãte alios Hunnũ r̃formidãs

Ianus Rex.

Capitnr cõ cordia

ORIGO. uenetiaru3

Natalis di es uenetia rum

Initium ueneti Regiminis

Origo uenetorum

unde ueneti.

ueneti gēs Gallica

Ad troiāos & romāos origo uenetoꝝ referſ.

Primi urbis magiſtratus:

quippe quem nobilitati infeſtiſſimum nouerāt: nouæ urbis tutiore loco ædificādæ auctor erat: Quo factū eſt ut ſub ipſam urbis originē ciuitatis adminiſtratio Ariſtocratiæ ideſt optimo cuiqꝫ cōmiſſa ſit: Quæ regiminis ratio nūc quoqꝫ florentiſſimis Venetoruꝫ rebus ſeruatur: Sed recte quidem. Plato.n.tunc rempublicā beatiſſimā putauit: quuꝫ a prudētiſſimo quoqꝫ adminiſtrari coepiſſet. Verū quia plane conſtat qui fuerint Venetiaꝝ conditores locus ipſe poſtulat ut de eius gentis origine aliqd altius repetamus. Venetos Troiana ſtirpe ortos eſſe auctor eſt Cato. Liuius Henetos ex paphlagonia ad Troiam militaſſe ſcribit: qui amiſſo Philemene duce Antenorem in Italiā ſecuti ſint: Puliſqꝫ ſua ſede Euganeis ex eo ſcilicet ſolo ubi nunc eſt Patauium mutata littera Henetos cum Troianis Venetos appellatos: Quidam uero auctores ſūt Venetos ab Heneto rege dictos qui ex Illyrico profectus eam oram quā poſt ueneti tenuerunt occupauerit. Strabo gallicam eſſe gentem Venetos autumat ea cōiectura adductus: qđ ueneti inter Belgas rei maritime gloria olim illuſtres fuerint: Cum quibus. C. Cæſar in Britaniam primo trāmiſſurꝰ maritimo prælio cōflixerit. Sed Liuii uerisimilior ſententia eſt: quuꝫ cōſtet Venetos Adriatici ſinus accolas ipſam orā tenuiſſe anteq̄ gallica gens ulla in italiaꝫ tranſierit: Quod ſi ita eſt uti Liuius ſcribit Venetiarum origo ad Troianos & Latios referēda eſt. Pataui ab Antenore ſūt. Aquileiēſes & Cōcordiani qui ex proximis īſulis ī nouaꝫ urbem migraſſe dicuntur Latini & Romani colōi fuere. Primi eius urbis magiſtratus Tribuni fuerūt ut idem Laurētius tradidit. Veruꝫ ciuitas libero iure & ad imperandum nata: cōtinuo rei maritimæ ſtudio pollere cœpit: breuiqꝫ eius

opes in tantũ creuere: ut mari terraq; finitimis terrori esset. Procedente tempore eorũ imperiũ adortũ ꝓpagari cœptũ: multaq; in dalmatico sinu: Epiro: & uniuersa græcia: quas ꝓuincias pene omnes breui tempore suæ ditionis fecere: & ĩ ora pontici maris nõ pauca gessere: moxq; ad Tanaim usq; Veneta arma promota sunt: rursus & in Syria per se nõ pauca: multa quoq; sociali bello ab his gesta referũtur. Nota sũt Fæderici Imperatoris tempora: que3 nauali prælio uictũ captumq; ad Apostolicæ sedis obsequiũ retraxere: Nota & illa inclyta uictoria circa Clodiam qua genuensiũ uires pene in perpetuũ concidere. Transeo mille alia: quæ tu3 sua materia quæ ardua & sublimis est: tum etiam rerum copia & amplitudine: eximium quoddam & (ut sic dicam) supra humanu3 exigerent ingenium: ut digne scribi possent: nõ autem tenue & aridũ quale me a natura sortitũ fateor. Sed cum plura & ampla sint quæ de inuicta ipsius urbis potẽtia dici possunt: Illud clarissimu3 & memoria dignissimũ uidetur: quod quatuor & uiginti annos Maomethũ potentissimũ Turcarũ imperatore3 duob⁹ euersis Imperiis: regibus nõ paucis suo regno pulsis: prouinciis quoq; pluribus subactis superbiente3: ꝓcul italia ad cuius imperiũ anhelabat suis uiribus nixi arcuere. Sed nostri consilii non erat ad res uenetas diuerterẽ: uerum quia locus ipse poscere uidebat: ut aliquid de Venetiarum origine dicerem⁹: hæc breuiter & ut sic loquar cursi3 attigisse cõtenti erimus. Nunc ad Attila3 redeamus. Domita itaq; uenetæ terræ ora Attila flagellũ dei se ad terrorem hominu3 uocitans: Vicentiã Veronam: Mediolanum: & Ticinum pari clade affligit. Ceterum his gestis Quum Roma3 uersus infestis signis moturus esset: Leo pontifex rex Italiæ

Propagatõ ueneti ĩperii.

Inclyte Venetoru3 uictorie.

Veneti soli italia Turcas arcuerẽ.

Vicentia.

Verona.

Mediolanum.

Ticinum.

Leo pontifex

miseratus circa Mincii & padi confluentē fit illi obuius Hic Alarici exitu ꝓposito: quod statim capta urbe defūct⁹ esset: ne ultra ꝓgrediatur & monet & orat: Optemperat Pōtificis optimi consilio & monitis Attila. Ferūt ea causa in primis motum ut illi obsequeret: quod ad colloquium congress⁹ ui sus esset sibi Attila cernere duos uiros strictis gladiis suo ca piti iminere atq; sibi interī mortē minitātes: nisi pontificis dicto obediēs eēt: Petr⁹ & Paul⁹ Apostoli fuisse crediti sūt In de itaq; digress⁹ attila pānōiā r̄petit: ubi n̄ multo p⁹cū iacta būd⁹ diceret se rurs⁹ italiā uel maioī clade īuasurū: fluuio san guis e narib⁹ nimia crapula manātis cum Ildicone uxore cu bans sucffocatur. Eadem nocte qua Attila extinctus ē. Mar- tianus per quietem (quum Constantinopoli esset) magina- tus est arcum Attilæ fractum se cernere. Post Attilæ morté paucis iteriectis annis: Zenone qui orientis imperium per id tempus tenebat: persuadente: Theodoric⁹ Gothoru3 rex q loca Constantinopoli proxima infestās omnibus terrori es se cæperat. Ex Thracia cum coniugibus & liberis cumq; re bus omnibus per sirmium & illyricum in italiam transiit Odoacri copiæ illi in hanc terram irrumpenti circa sontiu3 amnē occurrerūt: quas magno prælio Theodoric⁹ fudit: qui dam tradunt odoacrum ipsū hucusq; pergressum. Regebat per id tempus italiæ Odoacer Tyrannico more: quippe qui tumultuaria declaratione ab exercitibus qui in italia erāt ab uersus terrore3 Attile comparati Dux appellat⁹: eēt. fusis ut diximus: ad sontium Odoacri copiis: Gothi urbes proximas oppida: & breui quicquid Hunnica rabies non absumpserat populi Rauennam contenderunt: ubi Odoacrū aliquandiu obsessum: inde in suā potestatem redactum occidunt: Theo-

Attēde miraculosa3 Visionem:

Mors Attilæ:

Attēde Visionem: Secunda Gothoru3 eruptio i Italiam:

Odoacer:

Odoacri mors:

odricus autē & post illum Gothi sub diuersis regibus italiā
annis circiter septuaginta tenuere ultimus Regum omnium
Totilas fuit quem & ipsum flagellum dei appellatum accepimus: quod in urbem Romam & uniuersā Italiam atrocissime grassatus esset. Hunc Narses quidam a iustiniano in italiā missus uicit & occidit: Nec multo post Teias Gothorum dux ab eodem Narsete uictus ē: Qua clade accepta ostrogotharum gens penitus interiit. Vesogothæ autem in hispaniam cum Alanis prius concesserant: ubi duæ gentes adeo Coaluere ut ex duobus nominibus factum sit unum. Cathelāi. n. dicti quasi Gothi alani. Nec multis interiectis annis longobardi qui (ut pius pontifex tradit: a longitudine Barbæ dicti sunt: Non desunt tamen qui aliam afferant interpretationē in italiam erupere: Ii ex scandinauia insula germanici Oceāi oriundi sunt. Nam qui primū inde profecti sunt: diuersis acti erroribus: in pannonia tandem cōsederunt: ubi duobus & quadragita ānis sedes habuere: hinc a Narsete de quo supra mētionem fecimus exciti Alboino rege in italiam transmisere. ferunt hunc Narsetem quum de imperio deque ipso italiæ statu optime meritus esset quippe qui Gothicum nomen deleuerat immensosque Barbarorum exercitus aut strauerat aut procul Italia arcuerat ab īuidis lacerari solitum litterisque & falsis criminationibus apud Sophiam iustini uxorem quæ Oriētis imperium ob coniugis dementiam administrabat. Ea uero uti fœmina quæ sua natura credula est: & ad odium prona enim (quem) ex italia cum ignominia uerborum ad se uocat: scribens iam tempus esse ut eunuchus ad lanam & pensa rediret. Ea iniquo animo ferens Narses respōdisse fertur se talem orsurum tellam quæ mextrigabilis suis æmulis esset.

Totilas Rex:
Narses:
Finis Ostrogotharum:
Cathelani unde dicti
Vnde longobardi:
Origo Lōgobardorum
Sophia Iustini Vxor
Respōsum Narsetis

His itaq; commotus Alboinum undecimũ longobardorũ
Attende de legatis Narsetis: regem in Italiã per legatos accersit: ad quod facinus ut facilius traheret phama est Narsetis legatos suauissimos ex Italia fructus secum detulisse ac nunciasse Regi earum frugum genetricem esse terram in cuius possessionẽ uocaretur. Proinde Narsetis nomine regem & suos properare iubebant: Si rapa & ipsa Pannõiæ sterilitas a Longobardis deseri posset. His itaq; Alboinus necnon spe futuræ societatis erectus (quippe qui antea Narseti fœdere iunctus fuerat: auxiliaribus.n. longobardis (ut Paulus diaconus scribit Narses Gothorum gentem magno preælio uicit: quos in Pannoniã multis mi

Aduentus longobardorum in Italiam: litiæ præmiis ornatos remisit (ingenti Barbarorũ manu per Sirmium in Italiam transcendit. Per id tempus grauis pestis tota ferme Italia: Sed ĩ Gallia cisalpina grauissima orta est: multaq; prodigia facta sunt: Nã & acies quædã igneæ

Attende ꝓdigia: cruore madẽtes cœlo apparuere: Niuis præterea uis tanta ĩ imos campos deiecta est quãta nunquam alias: Tota itaq; Venetæ terræ ora sub ipsum aduentũ in potestatẽ redacta:

Foroiulianus ducat⁹ constituit: Continuo Alboinus Gisulphum Nepotem suum Foroiulianæ prouinciæ cum ualida hominum manu præfecit: Ducẽq; Foriiulii declarauit: uulgus tenet quod & paulus diacon⁹ affirmat ForumIulium fuisse quod nunc peculiari nomine

Attende q̃ diu Longobardi ĩ Italia r̃gnauerunt Ciuidatum appellant. Omissis igitur quæ Barbaris ipsis ducentorum & amplius annorum spacio in reliqua Italiæ gesta sunt: de his quæ eorum duces intra patriæ fines gesserunt ordine dicemus. Scribit Platina Italicum nomen ea tẽpestate deleri potuisse: nisi afflictis rebus sãctissimi uiri succurissẽt: in q̃bus Paulus Aquileiẽsis Antistes certe hẽd⁹ est:

Paulus patriarcha qui Alboinum Italiam ingressum longe mitiorẽ q̃ illi⁹ na

tura pitaretur suis reddidit. Scribunt quidam hunc ipsum Paulũ ex Aquileia cuꝫ thesauro ecclesiæ Gradum trãsmisisse: quam nouã Aquileiã appellauerit. Gisulpho autẽ Foroiulianum ducatum obtinente: Helias qui uno Probino interiecto ipsi Paulo patriarchæ de quo proxime mentionem fecimus successit in hæresim lapsus est tria Calcidoniensis conuentus Capitula non recipiens: Verum errorem suum non multo post fassus ad officiũ rediit. Inde Pelagii pontificis permissu cõuentum uiginti episcoporuꝫ habuit: quo Gradensis ecclesia totius Venetiæ metropolis declarata est: Hũc quoqꝫ aiunt utilem epistolam a pelagio accepisse: quam diuus Gregorius quum adhuc Cardinalis esset scripserat. Pius põtifex hæc omnia ad seuerum Patriarcham qui heliæ successit refert. Post cuius obitum Aquileiensem ecclesiã diuisã esse scribit: Gisulpho duce Ioãneꝫ Aquileiẽsi ecclesiæ præficiẽte: Põtifice uero Claudianũ gradensi: Sed alibi Candianũ ꝑ Claudiano: et sisulphũ pro Gisulpho scriptuꝫ reperio. Sed sisulpho male uertit quod ausus esset reruꝫ sacrarum ad ministrationẽ usurpare: nam ꝑ eos dies quibus ita sacrilege ne impie dicaꝫ operat⁹ est: Cacanus auaruꝫ rex ex Nerico ĩ Italiaꝫ transcẽdit: cui cum sisulphus magna suoruꝫ manu obuiam processisset: ab hoste magno prælio superatur & occiditur. Rhomilda ei⁹ uxor cuꝫ Grimoaldo & Rhodoaldo adhuc pueris (Thasso eniꝫ & Caco iaꝫ adolescere coeperant nec nõ cum his ꝗ prælio superãt Intra foroiulii moenia se tenuit: quæ audita sisulphi coiugis morte studiose cõmuniuerat: Nec tãtũ id oppiduꝫ Lõgobardi tueri parãt: Sed Cromoneꝫ etiaꝫ: Hemas: Osopiuꝫ: Arteneam: Rheuniã: Glemonam & pleraque alia loca ad omnes hostiles impetus sustinendos cõparata

Grad⁹ Metropolis Venetie declaratur

Scinditur Aquileiensis ecclesia

Cacannus

Interitus sisulphi:

Cromo

Hemæ:

Oscpium:

Artenia:

Rheunia:

Glemona:

Auares interim hosticu3 ingressi omnia ferro & flamma populãtur: atq; Foruiuliu ipsu3 ducalẽ sedẽ obsidiõe cingunt: Apparebat interi lõgobardorum res in tuto fore nisi unius fœminæ immoderata libido publicam fortunã præcipitasset: na3 dũ forte Rhomilda hostẽ mœnib9 obequitantẽ cõspicata esset eius forma & uigore capta ĩtẽperãs fœmina oppidi deditionẽ pollicetur: si se in uxorẽ duceret: non recusat conditionem barbarus: Sed p internuntiũ dat illi fidẽ in futuras nuptias. Traditur itaq; oppidũ hosti: qđ illico dato signo dirr ptũ est: emissaq; oppidanorũ turba pluribus locis subiectus ignis momento temporis omnia miserabili incendio absũpsit: ita ut ne uestigia qdem loci ulla hoc tẽpore extent. Hæc Pius pontifex: Quæ si ita se habent Paulus diaconus q ei9 rei auctor est uideat quo modo oppidum qđ ciuidatũ appellant Forumiulium esse possit: cuius uestigia non modo non euanuere. Sed inter oppida patriæ locus ipse hoc tẽpore frequentissimus sit. Auares euerso oppido quum longobardos captos ĩ suos fines traherent pollicent se captiuos in panno niæ finibus unde uenerant uelut pristinis sedibus collocaturos. Nam ex pannonia ut dixim9 longobardi uenerant Vbi uero in campum que3 sacrũ appellant uentũ est (eum enim locu3 futuræ cædi distinauerant) continuo impuberes fœminas quæ sortiti: omnes maiores natu dato signo trucidãt: Inter trepidationem illam & tumultum ferũt sisulphi liberos arreptis equis salute3 sibi effugio quisiuisse: Quorum Grimoaldus minimus natu: quum a quoda3 equite q eu3 fugientẽ assecutus fuerat in hostiu3 castra traheretur: Dicitur breuissimo ense: quasi scilicet tenera illa ætate uti poterat: hoste3 obtruncasse: conuersoq; in fugam equo se fratribus cõiunxisse

Attende Rhomildæ facinus:

Scriptoru3 disentio:

Attende atrox Amarum: facinus:

Attẽde Grimoaldi: facinus:

Rex interim ob iusiurandum celebrat sceleratas Rhomildæ nuptias: atq; una nocte ea ꝓ coniuge utitur: postero die illā duodecim robustissimis militibus prostituit: qui mutuis stupris die noctuq; turpiter uexarent. Nouissime uero palo ad hoc ipsum medio campo erecto: tali non alio dicens dignam marito: affigi iussit. Hic exit⁹ fuit Rhomildæ fœminæ nequissimæ: quæ documento esse potuit omnibus sui sexus: ne libidinē (quod sæpe faciūt) pudori & saluti anteponerent. Filiæ autē spectatae pudicitiæ fuisse traduntur: quas reges & summi duces suo connubio dignati sunt. Per id quoq; tēpus Leupichis quidam admodum Puer inter reliquos populares ab auaribus in captiuitatem adductus est. Ferunt hunc iam adultum Lupo duce in patriam reuersum: Qui quū domum equatam solo offendisset: a propinquis adiutus eam instaurauit duxitq; uxorem ex qua Arrichem filium habuit. Ex hoc Varnefridus natus est. Ex uarnefrido et Theodelinda Paulus monachus Cassinensis lōgobardicæ historiæ scriptor. Caco igitur & Thasso sisul phi filii, in patriam quasi postliminio reuersi ducatus administrationem susceperere. Ii ultra patriæ fines eam Germaniæ partem suæ ditionis fecere: quæ nūc uulgo Zelia dicit. Ego uero non Zeliā Sed iuliam dicendam puto. Paulus diaconus tradit sclauos eam terram suo tempore tenuisse: certe tamen norici pars fuit olim. Quum itaq; opibus & celebritate ipsi fratres florerent miraq; concordia ducatum administrarent: Gregorii Romani Patricii fraude pire: quos ille quū ad se Opitergiū magnis pollicitatiōib⁹ traxisset: ubi opꝑidū ingressi sūt: cōtinuo clausis portis cū delecta cōitū māu trucidauit: Nec iuuenes

Attēde Cacanni in Rhomildā animaduersionē Rhomildæ exitus:

Origō paūli diaconi Caco & Thasso duces:

Interitus caconis & Thassōis.

Grasulph9 dux;

Exiliū Rodoaldi & grimoaldi

Arrichis; mors;

Rhodoald9 ulscisciť Arrichis Mortem;

Fortissimi inulcti periere: S3 ubi uim apertam fieri uiderūt illico strictis ensibus aliqnandiu ꝓ salute decertarunt: mox uero omni euadendi spe amissa: ne inulctum id hosti foret facto in oppidanos impetu ingentem stragē edidere: donec fortiter dimicando occubuerunt. Thassonis caput Gregorio allatum ē: cui ille ne periurus uideretur Barba3 recidit: ea. n. spe Thassonem ad se traxerat: ut ubi prima3 Iuueni Barbam recidisset: In hæredem ut mos gētis fuit uideretur habiturus Post Thassōis & fratris cædem Grasulphus sisulphi frater ducatum adeptus est. Verum Rhodoaldus & Grimoaldus Quanq̄ uix adhuc adolescere cœperant: id tamen indigne ferentes: ꝙ prīcipatus paternus administratio ad patruum non ad se post mortem fratrum delata esset: continuo naui3 cōscēdunt & in Appuliam nauigant: ubi uero appulum litus tenuere: Beneuentum Ad Arrichem pedagogum oli3 suum rect u contendunt. Is per id tempus Beneuentāi Ducat9 res administrabat: ab eo adolescentes benigne accæpti sunt & filiorum loco habiti: Veru3 ꝓcedente tēpore quum sclaui haud. n. illyrici dici possūt. quū natio Illyrica nō sit: ut loco suo demōstrabimus: naui ī Appulis delati ī Arriche3 īpetu3 fecissēt: & breui quū nō lōge a sipōto īcaute pugnātē obtruncassēt: a Rhodoaldo id haud īpūe tulere: nā & fusi magnaq; expte cæsi a beneuentāis totiusq; ducat9 finib9 ignominio se pulsi sūt: Rhodoald9 & frater p9 Arrichis obitū Aionē ei9 filiū pide ac fratrē & dominū & amar̄ & colere n̄ destitere q̄ pp cōsēsu oīu3 p9 Aiōis mortē Beneuētāi pricipat9 sūma Rhodoaldo demādata ē: S3 ad res patriæ redeam9. Mortuo grasulpho quē p9 thassōis & frīs mortē ducē creatū drxim9 Ago e9 locū subrogat9 ē. Hic quoq; nihil dignū memoria ægit

Verum illud qđ dicam casu potius q̃ meritis accidit: Quae enim praemia nihil merentis esse possunt? Illustris familia aliquandiu in eo opido fuit: quae quasi ab illo originem traxisset Agonis domus cognominata est: huic lupus successit: quem ferunt hala equitum ea parte qua uetusta oli3 uia insula continenti iungebatur Gradu3 traiecisse: atq3 omni Aqleiensis ecclesiae thesauro spoliasse. Grimoaldus rex beneuentum ꝓfecturus Ticinensem Regiam huic lupo administrandã reliquit: qui absente rege quum multa flagitia patrasset: ueritus nequandoq3 illi reuerso ratio suoꝝ sceleru3 reddenda esset: ac ꝓinde poena subeunda forũ Iuliũ se cõtulit: ubi ducatum adeptꝰa Grimoaldi imperio desciuit: Veꝝ quum minime expediturũ appareret ut ciuiliter inter Longobardos dimicaretur ꝑ legatos Cacannum auarum Regem Grimoaldꝰ hortatur ut aduersus Lupum in Italiam transiret: cui aduentanti Lupus cum ualida suoꝝ manu occurrit ad locũ quẽ fluuium peculiari nomine uocant: ibi triduo ancipiti marte pugnatum est: quãq̃ plures ex Auarano q̃ ex Longobardico exercitu singulis praeliis cecidissent: Superante tamen Auaru3 multitudine Longobardi amisso duce fusi ac magna ex ꝑte caesi sunt: Qua3 paucissimi qui ex funesta illa pugna euaserãt in patriã reuersi suis popularibꝰ auctores fuere: ut castella & oppida cõmunirẽt: quãdo uictor hostis paulo post esset affuturus: hisq3 se pro temporum statu tutarentur. Interim Auares fugientium uestigia secuti pene ĩprouisi adsunt: patrianos fines miserabili clade occupãt: ꝓphana cũ sacris ferro flammaq3 populantes. Sed quũ ꝓociũ omnia foedissime uastarent: ꝑ legatos Grimoaldi interim Cacanno nunciatur ut a patriae uexatione abstineret: ac finibus Ita quando

Agonis domus.

Lupi ducis facinus:

Aures & foro iuliani pugnãt triduo.

Lupi interitus.

Iubet cacãnus patria abstinere

Lupus & sui satis pœnarum luissent quamprimum abscederet: His ferociter responsum est Auares haud quaquam eam terram temere relicturos: quam iure belli suam fecissent: nec regem recte facere quod se socios regiæque dignitatis assertores quos patriis sedibus in discrimen belli sua ad hortatione traxisset: tandem militiæ præmio fraudare uellet. His Grimoaldus commotus exercitum in Auares quam ualidissimum parat: Sed cum sic quoque appareret haud ita facile hostem his copiis superatum iri: ad terrendos eorum animos noua arte usus est: Accersitis nanque

Attende Grimoaldi artem.

Auarum legatis qui forte per eos dies Ticinum uenerant: continuo iubet per miliciæ præfectos copias omnes quas in Auares comparasset per speciem recognitionis ordine traduci: quod cum pluribus diebus eædem acies diuerso semper armorum genere instructe processissent: immensi pene exercitus speciem præberet: Quo spectaculo territi legati regi nunciant inuictam aciem in Auares Grimoaldum comparasse: addiderunt ferocissimi regis minas: quibus intra se paucos dies omne Auarum nomen deleturum profitebatur: nisi italia primo quoque tempore abscessissent: his territus Cacannus (Sed Cathannum apud quosdam pro Cacanno legimus). Italia statim relicta in suum regnum habiit: post Auarum digressum uarnephredus Lupi filius quum ad ducatum anhelaret: quasi per manus sibi a patre traditum: Veritus grimoaldi potentiam quem patri infensum nouerat in Carnuntum ad sclauos confugit. Nunc Carantanum Regiunculam illam nuncupari tradunt: ubi auxiliarium manu comparata in patriam quasi ui paternum principatum recuperaturus erupit. Apud Hemas (locus haud multum a Foroiulio distat) tumultuose consedit: ubi ualida Foro Iuliensium acies illi occurrit. Ferociter utrinque concursum est. Sed fusi demum cæsique

Mandata Grimoaldi ad Cacanum

uarnephredi Conatus:

Hemæ

sunt sclaui: in quã pũgna ipse quoq; auctor belli fortiter dimicans occubuit. Vetharis Vincentinus uir benignus & popularis: Varnephredi morte ducatuз cõsecut9 ẽ: Cui9 ꝓfectõe ad Grimoaldũ regẽ audita: Sclaui collecto tumultuario exercitu ĩ Foroiulianos fines erupturi castra ad Broxaceз metati sunt: forte accidit ut superiore die Vetharis ex Ticino in patriã reuersus esset: Qui audito hostiũ aduentu quinq; & uiginti comitatus equitib9 illis obuiam ꝓgressus est. Euз uenienteз hostes irridere cœperunt Clamitantes patriarcham cũ in frequenti clero sibi obuiam uenire. Ille uero ad ponteз natisonis: qui proximus castris erat ꝓgressus caput casside nudauit: seq; hostibus agnoscendũ præbuit. Hic quidã fabulã potiusq̃ uerisimile quicq̃ uidetur mihi tradidisse: mox. n. agnito duce aiunt Barbaros ꝑturbaros de fuga ĩter se agitarẽ cœpisse quum ad quinq; milia hominuз essent: In quos fortissimus dux inuectus tantã stragem hostibus intulisset: ut q̃ paucissimi qui suorum cædem nunciarent euaserint: qua si uero hic acciderẽ potuerit: ut qnq; pecudũ ne hominũ dicã milia a quinq; & uiginti eqtibus tã turpiter cõfici potuerit: hoc certe est: qd̃ fideз historiæ in primis abrogat: Quæ ut: M. Tulio placet lux est ueritatis. Quidaз. n. sordidi scriptores ne qua sibi interiз materia scribẽdi desit aperta sequunt mendacia: ex eoq; fit: ut quuз uulgi auribus student placere: fidem quæ in primis historiæ scriptoribus constare debet amittant. Ego autem potuerit ne id fieri lectoribus sanæ mentis iudicandum relinquo. Post uetharim Lautharis quidam dux declaratus est. Hic nihil memorabile suo ducatu gessit. Ei Rhodoaldus successit: Grimualdus interim Longobardicuз regnum adeptus: quũ ĩ expiabili odio

uarnephre di mors

uetharis dux.

Attẽde turpeз sclauorum fugaз

In uanos scriptores.

Lautharis dux.

Romanos persequeretur: quod Thasso & Caco fratres sub eo
ruꝫ fide proditi ac cæsi essent: Nacta occasione Opitergiuꝫ:

Opitergiũ euertitur

ubi cædes patrata est funditꝰ euertit: Eius fines Taruisinis
Cenetensibus: & foroiulianis ascripsit. Hinc coniectari libet

Cur opiterginus ager ad patriaꝫ nũc nõ attineat:

factum esse quod hoc tempore Opiterginus ager ad patria-
nos fines non attineat: qua opinione adducti mirari nos pri
mo libro diximus: Plinium scripsisse Liquentiam fluuium
ex opiterginis montibus cadere: Quod fieri potest ut quæ
nunc patrianæ ditionis sunt olim opiterginæ fuerint. Rodo

Aufrittus dux.

aldus autem cum per negociuꝫ Ducatu abesset: accidit ut ab
Aufritto Rheuniano Regulus ne is Rheuniæ essꝫ an obscuro
loco natus incompertum habeo conspiratione multoruꝫ pri
cipatu pulsus est: IN Istriam itaqꝫ aufugit: inde Rauēnā trās
misit: hinc ad Coumperthū Regeꝫ Ticinū peruenit. Aufrittꝰ
non cōtentus adhuc principatu fraude quæsito in Coumper
thum regem quantas potest armat copias. Sed uti sæpiꝰ eue
nire solet: ut quæ male cœpta sunt: malo: nō careant euentu:

Miserabilis Aufritti exitus:

Sub p̄mos Conatus Veronæ captus priuatus oculis in exili
uꝫ eiectꝰ ē. Ado interim Rodoaldi frater aliquandiu uicaria
administratiōe Ducatui præfuit: Huic Pherdulphus natiōe

Pherdulphꝰ dux.

ligur successit: homo lubricus & ad ostentationem potiusq̄
ad negocium natus: Hic materiam noui belli quærens scla-
uos quosdam subornauit: qui se auctores suis popularibus
exhiberent tumultuario exercitu comparato in italiam trā
seundi: quod illi negocium ex ducis sententia confecere: Nā
non multo post ingens sclauorum manus in patriāos fines
Latrocinantium more effusa est: magnamqꝫ uim pecudum
in prædam abegerunt. Hos abeuntes sculdais uir impiger
ad insequendum missus: quuꝫ assequi non potuisset a Duce

amarissimis uerbis icrepitus est: & hargadh quod obrobrii nomen erat appellatus: quaȝ insigneȝ contumeliaȝ ille indigne ferens exclamasse dicitur: utinam dux fortissime anteq̃ euita nobis migranduȝ sit: & uirtutis & ignauiæ ostentãdæ utriq; nostrum occasio detur: ut omnes intelligãt uter nostrũ uerior harga sit: nec uox illa irrita fuit: Nam per eosdẽ ferme dies ualida sclauorum manus atq; priore illa longe infestior aduentare nunciatur: Cui cuȝ omnibus Foroiuliensiũ uiribus Pherdulphus obuiam progressus est Sed locus hic postulat: quãdo totiẽs de sclauis a nobis mẽtio facta sit: ut ostẽdam⁹ nos consulto fecisse: quod sclauos magis appellare uoluerimus q̃ Illyrichos: quamquã Illyridis partem incollant: & breui præter illud quod magnos auctores secutus sum rationem habeo nõ paruam qua factuȝ tueri liceat: Sclaui siquidem natio Illyryca non est: sed longe ab Illyrico nata: Nã Vãdali a quibus sclaui origineȝ cæpere in extremis Germaniæ partibus sedes habuerũt plinius est auctor. Eos tumultuantes Tiberius & drusus Fratres auspiciis Augusti principis partim ultra Rheni ripas traxerunt: Vicatimq; eos habitare Coegerũt: Vnde Burgunniones dicti: Burgos. n. Galli uicos appellãt. Reliqua gens quum circa Tanaim cõsedisset se sclauos a gente quæ Bosphoro Cymmerio proxima fuit nuncupauere: Horum pars Mauritii Cæsaris temporibus in Dalmatiã & Illyricũ migrauere nomẽq; prestinũ tenuerũt. Qui uero Cymmerio solo subsederẽ pti Boemi parti Polõi dicti sũt Quod quũ ita sit recte sũ mihi uisus facere qum de his loquor qui in Illyricũ & dalmaciã uenere nomẽq; pristinũ tenuerũt: si eos sclauos appellarim non Illyricos. Qum migitur hostes de quibus dicere instituera ȝ munitiore tumulo cõ

Hargadh.

Cur sclaui poti⁹ dicẽdi: Vandali:

Vnde Burgunniões: Boemi Poloni:

sedissent: nec tuto locus parte aliqua adiri posset: tuz Sculdais me meminiseris inquit Dux fortissime q me paucis ante diebus hargam quasi desidem & inextem uocaris: hæc autem lux nobis occasionẽ attulit ostendendæ uirtutis: Locus hic admodum opportunus hodie quid uterq; nostrum prestare possit arguet. Si proinde ille es quem Magnificis uerbis iactare soles me aduerso tumulo in hostẽ uadenrem sequer Valeat qui ad hostes segnius peruenerit: Stult9 dux Stultissimum satellitem secutus est: Cætera multitudo temerarios duces secuta collem sublato clamore subiere. Nec sclaui i tanta occasione cessarunt: sed saxorum temere iacentium ui maxima in subiectum hostem euoluta foedissimam stragem edidere. Inde superiore loco incursantes momento temporis eos partim suorum cæde cõsternatos: partim ipsa locorũ difficultate titubantes fundunt ac trucidant: Pherdulphus & Sculdais temerarii facinoris huius capita i pœnis merita morte occubuere: Secũdum eos omnis pene Foroiuliana nobilitas eo loco extincta est. Pherdulpho Coruulus dux successit: Hic quum Ticinensem regẽ in se uertisset priuatus oculis exilio mulctatus est: Pemo in eius locuz subrogat9: est Hic Bellunẽsis patria fuit uir spectatæ probitatis. qppe qui quuz uxorez anteq̃ dux esset illiberali facie duxisset, nunq̃ adduci potuit uel ea id petẽte, ut aliam superduceret: identidem illud prædicans (mors in cõiuge non formã probari oportere: uocem me hercule sũmo uiro dignam: & minime eo qui inter Barbaros: sed mediis Atthenis nat9 esset: Ex ea tres filios spectatæ indolis habuit: cum his adhuc pueris Nobiliũ liberos: q pherdulphi temeritate paulo ãte occubuerant edicandos disciplinaq; militari instituendos diligẽter

Sclauoruz defensio: Strages patrianorum

Duces temerarii facinoris cæduntur: Coruulus dux: Pemo dux

Attende uerba memoria digna

curauit. Sed iã locus ipse exigit ut ab externis rebus ad dome
sticas dicordias trãseam⁹: de qb⁹ ꝓxĩo libro ordĩe disserem⁹

M. ANTONII SABELLICI DE VETVSTATE PATRIE LIBER QVINTVS INCIPIT QVI BELLVM DOMESTICVM INSCRIBITVR.

ON SATIS. ERAT QVotam hanc uenetæ ter
re partẽ externa arma ante troiani belli tempo
ra sensisse: ac deinceps longa quadã maloꝝ serie
peregrinis domesticisq; motibus ad Longobar
dicam usq; tempestatem fuisse obnoxiã: nisi intestina discor
dia & ciuilib⁹ ut sic dicam laborare cœpisset armis: Sũt quis
nescit pniciosa bella extrĩsecus inuecta. Sed longe quidẽ pni
ciosiora quæ domi & quasi ĩ uisceribus ipsis oriuntur: Id ex eo
datur ĩtelligi ꝙ clarissime ciuitates quæ externis uiribus uĩ
ci nequiuere suis tamẽ armis confectæ facile corruerunt: &
ne a domestico recedam⁹ exẽplo satis supq; constat Romanũ
ĩperiũ tantum uirtute armorum creuisse ut suis uiribus per
petuo stare potuisset: nisi ciuiles illud euertissent discordiæ:
Quod si tãti ĩperii gloria ac una reconcidit nec ulla alia: an
dubitet quisquã qualis futurus patriæ huius fuisset euent⁹:
in qua externis armis pene ad ĩternitionem accisa ciuiliter
cœptum esset dimicari nisi diuina quadam prouidentia fa-
ctũ esset: ut quũ iã uulnera ad præcordia descenderẽ cœpisset
ĩ uenetoꝝ potestatẽ uelut ĩ portum quẽdã tutissimũ cõcesset
ĩ q̃ nullã futurã uẽtoꝝ uiз: nullos deniq; fluct⁹ reformidaret
Quod quũ ita eẽ appareret nõ ab re fore duxi si qnt⁹ hic li
ber ab ipsis domesticis discordiis exors⁹ in ea tẽpora
decurreret: qb⁹ hæc terra ĩ ueneto præsidio cõqeuit.
VCCESSERAT IOanni Aqleiẽsis ecclesiæ ãtistiti

de quo pximo libro mentionem fecimus Martianus p9 quē usq3 ad Calisti tēpora Antistites septe3 interfuere: quibus se dentibus pene nihil memoria dignū (quod ad ipsa3 ecclesiā attineret) actum est: Calistus aute3 qui ī sereni demortui locum (s.n. illorum septem nouissim9 fuit) surrogatus est: quū ingenti uir anīo esset ut pote qui nō humili fortuna sed loco clarissimo natus esset egerrime ferebat Patriarchiam sedem obscuro loco esse. Nam ab helia patriarcha ad eam diem anni ferme centum intereant Cromone fuerat: quum īteri Lōgobardorum duces episcopum sibi foroiuliensem creassent: Qui ī luce hominu3 frequentiq3 nobilium cætu constitut9 præstantioris Fortūæ q̄ patriarcha ipse esse uidebatur. Commotus rei indignitate calistus quod quispiam suæ diocesis Antistes se dignior haberetur. Amatorem episcopum qui fe derico successerat: sed alibi fidentium p federico legimus) foro iulio expulit: quo ipse cum patriarchica sede paulop9 migrauit: atq3 ubi domus amatoris fuerat sibi & successorib9 egregias ædes p loci cōditione erexit. Offensus Pemo Amatoris familiaris sui iniuria nō mediocri ira in Calistū exarsit: S3 nouo bello occupatus iram & ultionē in aliud tēpus distulit. Per id.n: tēpus trepidissimis nūciis allatum erat ingentem sclauorum exercitum in foroiulianos fines erupisse: Nō desunt tamen qui scribant prius debellatum esse cu3 sclauis q̄ ullæ inter Calistum & Pemone3 intercesissent inimiciciæ: Audito itaq3 hostiū aduentu Dux cū suis ad Laurianū illis occuirit: ubi triplici prælio eos magna strage superauit: quū foroiuliensiuui nemo interim cecidisset. Præter sicoaldum quendā qui quum ea clade quæ Pherdulphi temeritate accepta fuerat: duos filios amisisset: ac proinde in eoru3 ulctiō

Origo discordiæ īter Calistū & Ducē foroiulianu3

Fidēti9 episcopus Amator ep̄s9

Pemo fœlicit pugnat aduersus sclauos.

nem duobus superioribus præliis strenuam operam nanas
s3 multumq3 hostilis sanguinis hausisset: quũ tertio prælio
infestius hostem urgeret: nec ulla interim suorum adhorta
tione a pugna reuocari posset: clamitans satis lætum se peri
turu3 si multo hostium cruore orbitatem suam abluisset: fa
ctum est ut hostib9 interclusus fortiter adhuc dimicans occu
buerit. Ex illo tempore foroiuliana arma a sclauis formida-
ri cœperunt: quibus pacẽ petentib9 Pemo nõ denegauit. Eo
dem itaq3 loco in quo pugnatu3 fuerat fœdus percussu3 est
atq3 pacis conditiones datæ. Pemo autem præsenti uictoria
elatus continuo ad exercendas cum Calisto inimicitias con
uersus facto cum suis impetu eum modico negocio ĩ potesta
tem suam redegit: quem uictum ad castellum puciu3 traxit
(sed pucinum ꝓ pucio legendum puto) unde eũ ĩ mare præ
cipitare statuerat. Verum quum ad locum uentũ esset conti
nuo mutato cõsilio eũ præsenti morte seruatum ĩ carcere3 &
uincula coniecit. Quod ipsu3 ubi Luithprand9 Rex: quo an
nitente: Calistus patriarchicã dignitatẽ cõsecutus fuerat au
diuit: uehementer cõmot9 Pemonẽ ducatu ꝓuauit: atq3 Rath
chim eius filium duce3 declarauit: Id indigne ferẽs Pemo ad
sclauos eo tẽpore socios cum multis claris uiris qui cũ eo cõ
spirauerãt transire cõstituit: quasi ui ereptã dignitatem as-
serturus. Verum Rathchi apud rege3 intercedẽte Pemo luth
prando reconciliatur: accæptaq3 a rege fide uti neq3 patri ne
q3 nobiliu3 cuiq̃ qui cum eo conspirassẽt fraudi esset: & ꝙ in
Calistũ manum cõiecissent: & ꝙ de transitiõe ad sclauos co
gitassent: ægit Rathchis cum patre ut ad regem cum suis ue
niret quasi illi coram satisfacturus: ubi uero Ticinum uentũ
est: quum Pemo & sui in luithprandi Regiam uenissent

Sicoaldi ui ri fortissi mi mors.

Capitũr ca listus.

pemo duca tu priuat.

Simulata recõciliatõ

cōtinuo apparuit q̄lis esset Regis in pemonē anim9: Nā Rathchi sibi ꝓximo loco assidere uisso Pemonē cum duob9 filiis quos secum duxerat & reliqua nobilitate humiliore loco collocauit. Nec multo post facto silentio nominatim iub3 Pemonem & omnes eius complices compræhēdi Ferūt Hastulphum alterum ex duobus Pemonis filiis quos patrem secutos diximus: dolore percitum gladium exemisse ut Regē obtruncaret: Quod facinus iuuenis ferocissim9 patrasset nisi a Rathchi fratre fuisset detētus Hic omnis foroiuliana nobilitas cum Pemone capta in uincula coniicitur: Vnus omnium herxemar fertur per armatorum cuneu3 ferro sibi uiā fecisse: atq; in diui Michaelis ædem uelut in tutissimu3 asylum confugisse: quo facinore impūitate3 a rege impetrarit: Apud quosdam legere est pemone3 ducali dignitate mulctatum nec ultra in eo sæuitum: reliquos uero longissimo carcere cruciatos. In pemonis locu3 Rathchis eius filius uolente rege declaratus est: Hic grauissimum bellum sclauis tulit. Carniolamq; eorum regionem populatus est: atq; procedente tempore ꝓ Luithprando rege cu3 fratre Haithstulpho aduersus spoletanos egregia belli facinora edidit. Calist9 autē regis iussu uinculis solutus in pristinā dignitate3 restitut9 est. Per hæc ferme tempora Longobardorum opes ī italia cōcidere: ubi ducentis & quatuor annis regnum tenuerāt: quorum rex ultim9 fuit desideri9: qui a Carolo pipini filio uict9 cum uxore & liberis lugdunium in perpetuum exilium traductus est: uerum non paruo interiecto tempore Beringari9 foroiulianus dux longobardicæ gentis clade3 ulct9 ē: apud Verona3 Lodouico rege ab ipso Carolo ꝓgnato magno prælio uicto: cui capto oculos eruit: atq; omni spe assequendi im

Haistulphi facin9

Nobilitas foroiuliana. capit.

Herxemaris facinus

Res in sclauos gestæ a rathchi.

finis lōgobardici regni:

Vbi relegat9 fuerit desideri9

Attēde facin9 Berēgarii ducis foroiuliani.

perii quod Arnulphus pater tenuerat priuauit: Ita imperiũ quo franci annis circiter centum potiti fuerant: ad longo bardos translatum est: Berengarius ipse ob egregia militiæ facinora non multo post tempore magno omniuꝫ consensu imperator declaratus est: ab eodem Carolo qui desiderium uicit fuit enim ut diximus pipini filiꝰ & Caroli mani frater paulus Foroiuliensis longobardicæ historiæ scriptor In Galliaꝫ traductus est: atqꝫ non paruo honore aliquandiu apud ipsũ Regem habitus. Sed quum in suspitionem uenisset quod de liberatione desiderii regis cogitare cæpisset (Nam florentibꝰ desiderii rebus fuerat illi charissimus) in diomedis insulam a Carolo relegatus est: unde post aliquod annos fugiẽs ĩ cassinense Cœnobium ingressus sanctissimam ægit uitam: Literasqꝫ interim ad carolum elegantes sæpius dedit & accæpit. Paulinꝰ autem Aquileiensis Antistes praeclara quaedã ab eodem carolo obtinuit priuilegia: quibus res ecclesiæ nõ mediocriter aucta est. Verum quia deinceps de his sepius dicturi sumus quae ad ecclesiam ipsaꝫ attinere uidebuntur: ñ ambigo quĩ multi a nobis expectent ut & tempora & patriarcharum nomina ex ordine colligamus. Sed non est cur eos uana expectatione frustremur: Sciant itaqꝫ constituisse nos post rationem temporum: quam nobis omnino constare uolumꝰ: nihil ex his quaę ab aliis magis copiose q̃ utiliter tradita sunt: nisi quod memoria dignuꝫ uidebitur seq uelle. Cetera uero quae uel omnino leuia sunt: uel talia ut plus odii q̃ gratiae sint nobis allatura consulto missa ea faciemꝰ. Successit paulio Vrsꝰq primꝰ cũ põtifice cœpit agere de Gradẽsis eccesie abusu. Maxẽtiꝰ uero q illi dfũcto surrogatꝰ ẽ annitente Lothario lodouici ĩperatoris filio frequẽtissimo episco

Berẽgariꝰ ĩpator declaratꝰ.

Paulꝰ foroiuliensis historiæ scriptor

Relegat a carolo paulus.

paulinꝰ patriarcha ꝑuilegia q̃ pluria obtinet

Nota lẽctor

pōrū conuentū Mantuæ obtinuit: ut declararet eum qui
Gradensi ecclesiæ præesset iniquū uideri patriarchæ nomē
usurpare: Deposito itaq; Venerio qui tunc præerat Gradus
Aquileiensis ecclesiæ plebes iudicata est. Nec longa post
id tempus fuere patriæ ocia ab externis armis. Nam Federi
co sedente Hungarorum uis ingens in patrianos fines effu-
sa est: quos ille consilio & industria procul repulit: Tradunt
quidam eos Andröphagos fuisse idest humanæ carnis co-
mestores. eoq; eorum incursum terribiliorem omnibus fuis
se: Platina ingressos eos Italiam scribit atque aliqua ex par-
te eam populatos. Bauaros uero qui longe ante Hungarorū
accessum Foroiulianos uexarant ab herrico Caroli præfecto
superatos ac Italie finibus depulsos: quum de Bauaris alii
quos legimus nullam interim faciant mentionem. Leo qui
huic successit quū graues pro libertate ecclesiæ exerceret ini
micicias a Rhodoaldo quondam Longobardo uiro inter su-
os populares opibus & auctoritate Illustri occisus est. Proro
gata est illi pœna Berengario Imperante. Hunc ego eum esse
puto qui Imperium e Francorum manibus extorsit. Verum
post eius mortē Otho primus & secundus Imperatores quic
quid Rhodoaldus sacrilegæ cædis reus inter plauim & liquē
tiā possederat Aquileiensi ecclesiæ addixerunt: Et quod ad ip
sius ecclesiæ decus attīet illud quoq; memoria dignum uide
tur: quod frequentissimo episcoporum conuentu: Cui Ioan-
nes decimusnonus Rauennæ præsedit annitente Popone A
quileiensi Antistite declaratum est sacrilegæ factum uideri:
quod hi qui Gradensi ecclesie ad eam diem præfuisset patri
archæ nomen sibi usurpassent: Vrsonemq; qui tum forte præ
erat deponendum censuere: Cæterum ea occasione fretus Po

Gradensis ecclesia Aquileiensis ad iudicata.

Androphagi:

Leo patriarcha occiditur:

Attende Animaduersionem

Secundo Grad⁹ Aq̄leiēsi ecclesiæ adiudicatur:

pō libros: Calices: & omnē ecclesiæ apparatum quem Longobardico tumultu Paulus Antistes illuc contulerat In Aquileiense sacrariu3 ex ipsa Insula reportandum curauit: q̄q̄ non uideo quid reportari potuerit quum constet Gradensem ecclesiam a Lupo duce Foroiuliano suo & Aquileiensis ecclesiæ apparatu nō multo ante spoliata3: Erexitq3 sūptuosissimum phanum diuæ uirgini cuius dedicationi Ioannes pontifex prædictus: Corraduſ Imperator: duo cardinales cū uiginti episcopis īterfuere. Constituit & Coenobium sancti monialiu3 extra muros: quod donariis & profusissima largitione ditauit: Sub ipsam autem phani dedicationem declarauit pōtifex Corrado annittēte placere sibi atq3 idipsū æquū uideri: ut ecclesia ipsa mater eēt uiginti ecclesiarū: Quarū Antistites Aquileio præsuli per omnia parerent: Nomina earu3 cōsulto missa facimus. Auxit quis nescit mirifice rem ecclesiæ popo sed nō minus Gotepoldus qui uno interiecto Antistite ei successit. Hic cœnobiū cū Basilica diui stephani construxit. Accæpitq3 sicut quidā tradidere (nam de popone nihil meminerunt) Foroiulianū ducatū cū tota Istria dono ab herrico tertio: quo annitente Gradus Aquileiensi ecclesie tertio adiudicata est. Nec multo post idē herricus Carmolā Sygheardo patriarchæ largitus est. Non paucis interiectis annis tradūt quidā Honoriū secundu3 Aquileiā uenisse Quo tēpore puto pōtificē ipsu3 Raimundu3 Gulielmi ducis Austrie filium hierosolimitano Regno ut platina scribit præfecisse. Illud quoq3 memoria dignū silētio nō præteribo: quod de uoltherii patriarchæ tumulo parti3 legim9 parti3 ipsi uidimus: Hic quū spectate uir sanctitatis fuisset factu3 est ut post eius mortem marmorea arca in qua ipsius corpus con

Phani & Cœnobii cōstitutio

Attende Aquileiensis ecclesiæ dedicationem:

Gotepold9 patriarcha:

Tercio gradus Aquileieñ. ecclesiæ ad iudicata:

Tumulus uoltherii p̄iarchæ

ditum fuerat aliquandiu nullo adminiculo fulta in aere pe-
penderit: Nos eam uidimus uno tantum Angulo humo herē
tem: Quantum autem Voltherius sanctitate poluit: tantū
profecto Gregorius qui uno interiecto præsule illi successe-
rat consilio & fortitudīe: Quippe qui ab innocentio quar
to missus Parmensibus subsidio Aduersus Federicum iam-
dudum imperio depositum: Qui per id tempus parmā acri
obsidione urgebat: Eius itaq; auspiciis hostis uictus exutus
q; castris est. Ferunt signa multa militaria ex ea uictoria re-
tulisse: quæ in ciuitatensi ecclesia in Tropheorum specie3 su
spenderit. Exercuit præterea grauissimas inimicicias cū Co
mite Goriciæ & Carithiæ ducibus ecclesiam infestantibus.
Philippus Carinthiæ dux gregorio defuncto in ecclesiæ An
tistitem electus est: quem gregorius decimus cōfirmare no
luit: Verum ubi ita præsidere nō potuit non multum diuer
sa ingressus uia est: ad patriæ administrationem capessēda3
siquidem magno omnium consensu rei summa sub prefe-
cturæ titulo illi demandata est: atq; sedes interim quatuor
annis uacauit: quo tempore Ciuidatum quod Forum iuliu3
appellari diximus a quibusdam patrianis regulis paucis eā
per factionem tradentibus oppressa est: OPtimi cuiusq; ac
ditissimi bona cōtinuo aut direpta aut publicata sunt. Ipsi
autem partim capti & in uincula cōiecti: partim in exilium
acti: Sed non multo post per regis Bœmie præfectum ad hoc
ipsum cum ualido exercitu in Italia3 missū oppidū receptū
est: atq; in pristinam libertatē restitutum. Per id ferme tem-
pus Raimundus episcopus cumanus Sed comachinus poti-
us legendu3 puto ecclesiæ administrationē suscepit: atq pri
mo quoq; tempore Fœdus cu3 Goriciæ comitibus percussit:

Attende: strenuitatē in Gregorio patriarcha:

Philippi præfectura

Raimūdus patriarcha

Saciliumq; a Gerardo caminenſi recepit. Veneti interim in
Iſtriã tranſmiſerant: ubi quũ aliquot oppida breui tempo-
re occupaſſent: Tergeſte obſidere cœperunt. Id ægre ferenſ
Raimundus magno exercitu comparato Tergeſtinis opez fe
re ſtatuit. Sub eius aduentum obſidio ſoluta eſt: Factaq; ab
oppidanis eruptione in Venetos: ſe ſe ad naues recipientes
nõnulli cæſi ſunt: ꝗ paucisſimi uero capti: Oppidum quoq;
quod haud procul inde Veneti ædificare cœperãt: Funditus
eſt euerſum: Nec ita multo poſt pax inter uenetos & Raimũ
dum conſecuta eſt. foris autem pacatis rebus in ipſa patria
quotidie magis ac magis diſcordia grauesq; inimiciciæ orie
bantur: Nam per id tẽpus Octobono eccleſiaz tenente Ricar
dus caminenſis ſpirimbergum infeſtiſſimo exercitu occupa
uit: qui multis patriæ Regulis ſibi iunctis omnia loca circũ
iecta diu incurſionibꝰ infeſtauit: e quibus herricus Pamper
ginus captus Octoboni iuſſu capite mulctatꝰ eſt. Subſecuta
eſt interim & Butrienſiuz defectio: Qui caſtellum ſua natu
ra munitum præſidio & omnis generis comeatu maiorẽ im
modum referſere: Sed minimo negocio quod nemo futuruz
ſperabat Octobonus oppidũ recæpit: receptũq; fũditꝰ euer
tit: ipſoſq; defectionis auctores in uincula cõiecit: codẽ quo
q; anno Caſtelluz Porpetium & pleraq; alia loca feliciter ex
pugnauit. Interim Richardus de quo ſupra mẽtionez fecimꝰ
Ad Octobonuz quaſi illi ſatiſfacturus uenit: a quo quuz be
nigne acceptꝰ eſſet: ſimulq; multa & magna impetraſſet ab
eo digreſſus quum domum iter intendiſſe putaretur: cuz nõ
Parua ſuoruz manu Vtinum repente ĩuaſit: In ipſo Tumul-
tu ſpilimbergẽſis qdã Regulꝰ cæſꝰ eſt: ipſe ãt fuſis reliqs in
.ecora fuga ſibi ſalutẽ quaeſiuit: & ne qua ĩterim malorum

Veneti i Iſtriam trãſeunt.
Pax Inter venetos & Raimũdũ
Octoboni tempora
Ricardꝰ caminenſis:
Herricus pãpginꝰ:
Butrienſiũ defectio:
Euertitur Butrium:
Caſtellum porpetiuz:
Ricardus Caminenſis Vtinuz fraude ĩuadit:
Vtinẽſium uictoria aduerſus Ricardum

materia deesset quum per id ferme tempus patauini graui bello a Venetis urgeretur. Ducesq; Austriæ & Carithiæ illis opem laturi cum magnis exercitib9 hac iter facerent fædissimis Latrociniis atq; omni rpainarum genere patriã affli xere: non praua sunt quæ diximus: Sz lõge maiora mala sũt per eos dies consecuta: Naz Goriciæ Comes ingenti ui hominũ aduers9 Bertrãdum Antistitẽ & sauorgnanæ familiæ Regulos qui Vtinensibus iuncti erant in patriam erupit: nulla alia belli causa prætendebat: nisi quod cætera patriæ Nobilitas uidebatur ab his sua dignitate ĩ quibusdã fraudari: leuis ꝓfecto & omnino indigna causa: ꝑpter quã patriæ ociuz tã temere debuisset turbari. Sed certe aliud iam dudum hominũ animi parturiebant quod eos tãdem parere necesse fuit: Continuo itaq; uenięti illi uelut socialis belli duci declarato se se ferme omnes patriæ Reguli iunxerũt: Iustisino pene ĩmẽsi exercitus formam impleuere: tot Regulorum appendices: Quo factum est ut per multos menses in armis fuerit: nec se interi uno loco tenuer̃: uerũ faganeã sauorgnanũ: Sanctũ danielem: Bugiam: Tricesimum: ac pleraq; alia oppida & uicos expugnauere. At Comes ipse non id impune tulit: naz cum hyems appeteret: ac patriam Reguli domum uelut ad hiberna dilapsi essent: quum Goricianæ copiæ Braulinum concessissent: repente utinenses ad hostem proficiscũt: eosq; trepidos & ad pugnam se tumultuose expedientes paruo negocio fundũt: eorumq; ĩpedimenta dirripiunt signaq̃ pluria militaria ex ea uictoria celata & in Basilica diuæ uirgĩsquæ utinii ẽ suspẽsa. Cæterũ hostib9 fusis Braulinũ oppugnãt q͛ ĩtra paucos dies ui captũ dirripiũt & euertũt: quũ ita res patrie se se haberẽt iducie ĩ certũ tẽp9 apostolici legati ĩteruẽtu

Tempora bertrandi antistitis

Defectio regulorũ ad comitez goriciæ

Faganea

Sauorgnanum.

Burgia:

Tricesimũ

Vtinensiũ uictoria.

Braulinuz:

pactæ sunt: Nec multō post Vtinenses faganeam: sanctū3 danielem & Moruciū recæpere. Beachin9 comes porlilian9 Portunaonis præfectus auxiliari manu a spilimbergensib9 Regulis accæpta: Castellū quod turrim uocant occupauit. Interim Vtinenses Bugiā fame domuere. Bertrādus Patriarcha sacilio pfecturus quod paulo ante a Ricardo Caminensi receperat: Monit9 dicitur a federico sauorgnāo cui mira familiaritate iunctus erat & cuius consiliis non paru3 tribuebat & quibusdam aliis ne se in discrimen uite coniiceret affirmantes se p comperto habere a multis esse ei9 ī mortem cōiuratum. Tum ille magno animo & īnocētia nix9 se nō uereri cuiuspiam insidias respondisse dicitur: seque p ecclesia & ubiq3 & semper paratum morti occumberē: quod ita sane accidit Nam quum Vtinum uersus nō multis comitantib9 iter intēdisset: uentumq3 esset ad locu3 qui dicitur Rinchinuele nō lōge a spilimbergo: illico ex insidiis coorti qui ad hoc ipsu3 uenerant in eum impetum faciunt: atq3 reliquis fusis uirum mira īnocentia præditu3 obtruncant. Phama tenet eo loco ubi eius sanguis fusus est solu3 perpetuo exaruisse: Ipsi9 corpus impii homines non contenti præsenti scelere in curru3 usstulere duabusq3 impudicis fœminis ad caput altera. altera ad pedes constitutis Vtinu3 misere. Vtnenses eius corpus honorificentissime acceperunt: atq3 in maiori diuæ uirginis Basilica de qua paulo ante mentione3 fecim9 marmorea arca collocarunt: quæ quattuor lapideis statuis uirginali habitu sculptis fulta est: ferunt ea simulacra esse quattuor uirginum: Euphemiæ: Doroteæ: Thecle & herasmæ quæ diui hermagore temporibus martyrio Coronatæ sunt: Euidentissimis miraculis locus insignitus est. Mira deuotio & pa-

Vtinenses amissa loca recipiūt

Beachinus porlilian9 Turris occupat

Federic9 sauorgnan9: Attende indole3 ī Bertrādo patriarcha:

Occiditur bertrād9 patriarcha optimus

Attēde scelaratū facinus sacrilegoru3 immo potius paracidar

Arca diui Bertrandi:

Marc⁹ barbus aqleiẽsis antistes

triæ assiduus concursus tumulũ celebrat. Marcus Barbus Aquileiensis Antistes quum in Germaniã & Pannoniã supioribus annis pfecturus Vtinũ diuertisset: inspecta miraculorũ multitudine pollicitus est utinẽsibus se post reditũ cũ põtifice & Cardinaliũ collegio actuꝝ ut Bertrand⁹ ipse q nunc beat⁹ dicitur canonico ritu sanctoꝝ Cathalago ascriberetur

Nicolaus. boemi⁹ patriarcha: Castellum porpetiu3 euertitur. Io. Frãcisc⁹ porpetius Armann⁹ Carnolus. Richardus uaranicus Tercentu3 inferius.

Nicolaus Ioannis boemiæ regis filius in eius locũ surrogatus est: Hic miro odio psecut⁹ est non solũ illos qui in bertrandi mortẽ cõiurarũt. Sed eos quoq; qui aduersus illũ quandoq; militassent: Nã Goriciæ comite sibi iuncto ac plerisq; aliis illustrib⁹ uiris Castellũ porpetium cõtinuo expugnat & euertit: atq; Ioannem franciscum eius loci regulum ex caprulis quo cõfugerat Vtinũ ad se retractu3 capitis supplicio affecit: cui⁹ caput Lancæe trunco affixũ toto oppido circũferri fecit. Eodẽ die Armannu3 carnolu3 uiꝝ illustrem capi iussit: quem cum filio & fratre in uincula cõiecit: Richardũ quoq; uaranicum per eos dies in potestatem suam redactum truncari fecit. Nec multo post Armannũ quoq; quem in uinculis habebat eodem affecit supplicio. Nec his cõtent⁹ Tercentu3 inferius funditus diruit: Castellũ ipsũ proximũ turro amni fuisse existimo cuius uestigia adhuc extant: memini me quum illic essem spectaremq; ruinas loci querere solitum a nonnullis senibus: ecquid de eo loco accepissent a suis maioribus: nec quenq̃ inueni qui diceret de ea re se aliquid cõpertum habere: quæ omniu3 oculis interim subiecta erat. At nõ possum non mirari ita ab ipso Nicolao antistite in Tercentinos & Porpetios regulos hoc nomine sæuitum: quu3 nusq̃ apud eos qui de ea re meminerunt inter complices sacrilegæ cõspirationis eorum quempiam inueniam relatum. Cæterũ Melsi quoq; pars magna eiusdem auspicio solo æquata

Tercentini & porpetii reguli sacrilegæ cædis inscii. Mielsi pars dirui tur.

est. Recæpit & sophum bergum herricumq; ipsius castelli regulum consortibus in exilium eiectis penes se habuit Vtinẽses interim Castelleriũ demoliti sunt. Per id tempus Charolus Nicolai antistitis frater imperator Romanorum declaratus est. Is quum Romam proficisceretur Vtinum uenit: queȝ abeuntem Nicolaus cum plerisq; illustribus uiris & regulis patriæ: officii gratia secutus est: Eoruȝ nonnullos Charolus imperator postq̃ coronatus est pro ponte sancti angeli equestri dignitate donauit: In quib9 fuere franciscus & Paganus sauorgnani Odoric9 Chucanicus & uualterpertoldus spirimbergius. Defuncto Nicolao cui Lodouicus mediolanensis successit: sancti danielis Reguli uaranum inferius occupant depulso detha mo quodã cuius ditionis locus fuerat. Verũ quia præter omnium spem Lodouicus rem ipsam leniter uindicarat: & oppidum pro publico patriæ decreto segnius restituendum curarat: Id indigne ferentes uualterpertoldus & herricus fratres: qui dethalmo propinquitate sanguinis iuncti erant: arma capiunt: impetumq; in res Lodouici faciunt villasq; aliquas comburunt. Lodouicus præsenteȝ cõtumeliam Vindicaturus continuo mittit qui spilimbergicos fines Ferro & igni uastarent ab hoste ignominiose pulsi in sanctum danielem sese repide ræceperunt: Q uum itaq; hoc pacto intra fines patriæ ciuiliter disceptaretur: ecce octingenti equites circa uillam nouam anullo ãte prouisi qua si terra geniti essent aut cœlo poti9 repente missi apparuere hos cum robore exercit9 dux Austrie sequebatur bellum patriæ eo nomine illaturus: Q uod Glemonẽses cũ Pampergnis Regulis Clusiaȝ Castellum munitissimũ in Angustiis alpium occupurant: multaq; Vẽsonẽsib9 damna ĩtullerant &

Castelleriũ Vtinẽnses diruunt.

Franciscus & Pagan9 sauorgnani equestri dignitate donatur

Varanum occupatur.

Reguli spirimbergii impetum in res lodouici faciũt

Aduentus Austrini equitatus:

Cause noui belli:

Impiger at geminas ad flumina corripit alas
Flamurius: subitoq3 amnem tranare tumultu
Impetat: & uenetum multa ui inuadere uallum
Terdenas tamen ad pugnam discrimine lectas
Vlteriore uadi ripa tenet ipse cohortes.
Ast ubi conspectæ castris sunt cominus alæ Suspicō futur̄ pugnæ
Infestasq3 inferre faces: martemq3 ciere
Protinus œnotrii repetunt sua signa manipli.
Ductoresq3 ipsi in medium conferre parati
Consilia ecce adsunt: cunctis decernere ferrō
Q uādoqdē hostis adest. animis sētētia surgit Cōsultatiō ductorum.
Tutius at quidam arcum castella lacessi
Hostem posse uolunt: multis concurrere campo
Mens erat & iunct9 quia nō ignaua pateret
At funesta nimis uicit sententia nullo
Exemplō seruata ducum: quacu͂q3 liceret

Siue equo pugnare loco: seu detur iniquo
Vrgere inuisum totis conatibus hostem:
Supremum consilium.
Constitit una tamen cunctis mens omnibus unum
Consilium aut latio hostiles auertere cursus
Aut si non ualeant uitam pro laude pacisci:
His animis pugnae partes sub sorte capessunt:
Inque sua habeunt fato rapiente cateruas
Hic mihi musa uelim lectas ex ordine turmas
Ductoresque ipsos patriamque & nomina pandas
En uulgus diuersa sonat: Tu sola canentem
Stratagemina
Admonuisse potes rerum non inscitiatem
Hieroymus ueronensis
Praefuit ipse hosti quae proxima constitit alae
Iuxta athesis natus gelidas hieronymus undas
Coeperat infoelix iam dum uergentibus annis
In senium lassae requiem sperare senectae.
Hinc comes & natus fortisque audaxque iuuenta
Puniceoque inuectus equo fulgentibus armis
Iacobus badouarus:
Ante aciem ualidam ualidus ui concutit hastam
Impiger hanc iuuenis turmam Badouarus agebat
Nominae patricio uenetaque hic indole dignus.
Ioannes iacobus picininus:
Per medias acies ibat sublimis in armis
Nomine quenque uocans: acuensque in praelia turmas
Praefuit & fratrum maior picinina propago
Stelenus ambarcius
Fortis aui uultum referens laudisque paternae
Aemulus ambracio stelenum genitore creatum
Furius salernita:
Et te frugifero furi generate salerno
Nobilis ala capit: senis ductoribus hosti.
Hercules maluetiu
Ac totidem inter se nexis datur obuia turmis
Succedit numerosa manus fatisque sinistris
Hanc regit alcida magni maluetia proles

Nomē hab̄s hanc phlegreis regit exul ab aruis
Orbe uagus fugiens regalia tecta gubernus.
Acer anastasius calabrisq; eiectus ab oris
Pauper in exilium sociis cum coniuge natis
Trurilius: emeritos armis q impenderat annos
Militia attolens æuū tenuisq; penates.
Italus eximiis aderat spectandus in armis
Fūestæ infœlix gaudens cognomine terræ
At quæ pgresse submissa est ala secundæ
Rectorem te magna senex Caldore: tuam quæ:
Sortita est sobolem: nec non gallesia tellus
Quem genuuit tellus campis uicina faliscis:
Consilii hunc olim magni fecere tyranni
Participem: magnus potuit fœlixq; uideri
Ni fidei in uulgus male prodita iura fuissent.
His quoq; magnāimū fausto cognomīe mixtū
Vidit læta phalanx meditantē bella ierardum
Inde alias alii traducunt ordine turmas
Ductores latii: iam proxima signa canebant
Instabatq; hostis multoq; in bella tumultu
Ibat: & illudens martis simulacra ciebat:
Protinus hinc ergo infestis incurritur hastis
Inde cadunt uolucres neruo stridente sagittæ:
Tollitur in cœlum clamor: resonatq; per imas
Horrendum ualles diuersis uocibus echo.
Itala turba pedem pfert: telisq; remissis
Successu modico perstringit cominus enses
Barbarici cessere doli: sensimq; represso
Vi simulant cessisse gradu: nunc terga premēti
Dant timidi: nunc ecce leues finxere recursum

Ioānes gu-
bern9
Anastasiu
de sācto an
gelo
Antonius
zurilus:
Italus foro
iuliensis
Antoni9 ca
ldor9 & fi-
lius
Georgi9 de
galeio
Ierardus de
tersaliis

Initiū pu
gnæ

Calliditas
turcarum.

Illudu[illegible]q; hosti:& coram conuicia iactant.
Rhæticus hic ardens iuuenis ductore creatus
Vicimus exclamat socii: propellimus hostem
En trepidi cessere loco paucicq; resistunt.

Ferocia gregorii ueronensis.

His dictis perstringit equũ calcaribus. inq;
Aduersam multo conatu impingitur alam:
Per medios hostes uadit: passimq; uagantes
Dissipat:& campo uictor discurrit aperto
Ceu leo iam grandis syluis ac matre relicta
Quum libycis uenatur agris: armẽtaq; passi3
Conturbat. nunc hos tauros: nũc impiger illos
Insequitur: carpitq; fremens auidusq; cruoris
Incassum media cædem meditatur harena.

Locus insidiarum.

Ventum erat ad fauces angustaq; saxa uiarum
Immitis qua grama fluit: campisq; relictis
Omnia circunstant multo damnata pauore
Substitit. hostilisq; senex haud inscius artis
Rhæticus inclamat: quonã quo pgimus ultra?
Tela tenete uiri. cursumq; inhibete priores:
Barbarica3 agnosco fraudẽ: male credim9 hosti

verba senis hieronymi.

Cõprime nate gradũ: sũmũ (mihi crede piclum
Iminet experto iuuenis concede parenti.
Vix ea fatus erat quũ leua e parte propinquis
Cõsurgunt hostes latebris: magnoq; fragore
Præcipitatur eques p saxa abrupta cauosq;

Ex insidiis turcarum surrectio.

Anfractus uallis: consternitur obuia sylua
Protrituq; apparet iter: quacunq; citato
Procursu uesana manus se proripit. hæsit
Obstupuitq; gemens. aspectu exterrita primo
Nostra phalanx: inde ingentes ad sydera uoces

Extollunt retro socii: uestigia retro
Vertite: fraus ingens instat conuertite cursum: Consternatio primæ turmæ
Quas male pdidimus ualles repetamus aptas.
Cōclamāt: gelidosq; nouus pauor occupat arctus.
Quid facerent miseri porro quas āte fugarāt
Versi in bella fremunt: rursus: frōteq; lacessūt:
Inq; Latus leuum rabies effusa ruebat.
Dextra fuit moles: dexter quoq; sontius amnis
Hinc qq; signa mouēt subito clamore cohortes
Traiiciunt q; uadum neglecto gurgite: & ipsa3
Vicinam uallo complent mox agmine ripam.
Ac uelut immites si euertant æquora cauri
Inq3 ortum ruat omē fretum: si letus eois
Eurus equis subito fuscis se prodat ab indis
Thracius ac boreas fremat hīc: īde urgeat auster Comparatio
Affligunt se se fluctus: retroq3 coactos
Difficiles agitant cursus: luctantibus undis.
Sicubi se Venetæ senserunt undiq3 turmæ
Deprensa iam fraude premi: nitunt iniquis Cōfusio nostrarum Copiarum
Emersisse locis: in se confusa iuuentus
Præcipites cōmittit equos: glomeratur in unū
Cæra ciues: equus ictus equo ruit: atq3 uiro uir.
Audires gemitus suspiriaq3 alta cadentum
Inq3 caput multos multosq3 in terga iacere
Aspiceres: stygia strages crudescit erymni. Foedissima strages
Interea primam a tergo circumuenit alam
Hostis: & in multum deluoluitur ira cruorem.
Itur in omne nefas: passimq3 miserima cædes
Editur: hic inter galeam thoracis & oram
Extremam feriens prorsus ceruice recisa

Deicit ense caput pessum: truncumq; labantē
Præcipiti deturbat equo: calcatq; per herbas:
Diripit ille humerum busto: totoq; lacerto
Dextera cadens pressū digitis monentib9 ensē
Detinet: ecce alius solo mirabile dictu
Et caput & galeam conū quoq; diuidit ictu:
Crura abscissa iacent: abscisaq; crurib9 arma:
Sternitur actus eques passi3: saltuq; maligno
Decurrūt uento surgentes sanguine riui.
Peruia forte fuit moles: & aquantibus olim
In portæ cōscissa modum: certaminis omnis
Hic furor: hic rabies: hic sanguinis alta cupido
Hæserat: hac p strage3 & dēsa cadauera nexus
Barbarus ire uiam certat: manus itala contra
Asseruare uadum: sæuumq; auertere uallo
Flamuriu3: multumq; ferox distracta fuisset
Pugna loco: sed ubi iuuenem nebulone pfectū
Dissectum p membra sui uidere philippum
Cessit tota cohors: heu quæ tam dira cupido
Militiæ patriis potuit te abducere terris
In fœlix iuuenis: nō phama obscura paternæ
Pauperies ue domus: sed te tua fata premebāt:
Indolis heu quantum lugebit Mantua: quale3
Crinibus effusis cilio suspirat alumnum:
Ductoris post fata sui nebulonia pubes:
Sternitur: effractis cuneis fusisq; maniplis:
Fit uia prorumpūt hostes: multosq3 trucidāt:
Non aliter fractis stabulis armenta leones
Diripiunt sternuntq3 solo multoq3 cruore
Faucibus infestis ieiunia longa reponunt:

Atrocissima strages

Locus apertæ minutōnis ubi atrocissime pugnatum est

Interitus falso nunciatus philippi d. nebulone

Comparatio

Iamq; ac'es deuota neci ſe denſat in orbem
Exiguū: glomerantur equi: quibus ilia pulſus
Feſſa quatit: rigido nigreſcit lingua palato.
Ceruix laxa iacet. gelidus fumantia ſudor
Crura rigat: feſſos calcaria ſubdita iam dum
Seſſoriſq; ſui nihil ipſa hortamina tollunt.
Deſperat compreſſus eques: iã prælia paucis
Tela mouere datur: ſeſe ſpiſſantibus inſtat — Equorum anhelitus
Barbarꝰ: & medio cumulat noua funera ſaltu.
Hic ductore ſatus multos compellat: & inquit
O ſocii q̃ dura inſtet fortuna uidetis.
Cædimur hic paſſim pauciq; reſiſtimus hoſti.
Nūc opus eſt animis: nūc quæ uia ſola ſalutis
Panditur: infeſtis armis per barbara ſigna — Ad horta tio
Aduerſaſq; acies campos repetamus apertos.
His dictis erecta animo generoſa iuuentus
Fertur in oppoſitas totis conatibus alas.
Terq; uiam nixa ferro eſt ſibi ſternere: terq;
Victa manus retro multorum cæde repulſa ē.
At dum bella ciet: nexatq; infenſius hoſtem
Rhetica progenies armis: inſignis ab alto
Incautus cono iuuenis deprenditur ille
Multa premēſ caput enudat. galeāq; reſoluit
Crinibꝰ arreptiſ aliuſ iuuenile recidit.
Cum tota ceruice caput: procul ipſe reciſum
Aſpicit infœlix genitor: procurrit & amēs — Interitus Iuuenis retici hie.o nymi:
Clamitat equiſ te patri mea ſola uoluptas
Eripuit: certe ipſe tuoſ aut nate ſuperſteſ
Vlciſcar maneſ: ulctuſq; hinc uictor abibo.
Aut terram mordebo iacenſ: ſic fatuſ in hoſtē

Irruit: ast illum creber circumstetit ensis:
Opprimiturq; solo non uno uulnere: ibidem
Ambratius socias dum forte ulciscitur umbras
Acriter occubuit medio certamine ductor.
Præsidio spoliata suo gemit ipsa: furitq;
Infœlix acies: mortiq; addicta futuræ
In gladios & tela ruit: manus impia contra
Excipit amentes cursus hostemq; trucidat.
Per rupes & saxa iacet uallesq; cruentas
Interclusa manus: facinus pro triste pudorq3
Nominis ausonii: non nulli in uincula uictas
Pretendere manus: Latii uis alta cruoris
Sontiacas uariat tepefacto gurgite lymphas:
Parte alia primæ fuerat quæ proxima turmæ
Tertia quæq3 fuit: multum per iniqua locorum
Luctataeq3 diu angustas euadere fauces.
Nam leuis insidiis subito quæ emerserat ala
Per rupes cautesq3 uolans insederat omnes
Terrifico clamore uias: iam cæde recenti
Conspersæ instabant acies: tergūq3 præmebāt.
Hic quoq3 in angustum pressi traxere ruinam
Præcipites q3 suo nixu miserabile uisu
Procumbunt equites: rabies mahometia circu3
Fūditur: œnotrium q3 haurit sitibūda cruore3
Increpat at pauidas reuocatq3 in bella cohortes
Acer Anastalius: quid nos pauor iste leuabit?
Quid socii exclamat? qd tā male cedim9 hosti
Non fuga tuta leui cursu gens prouocat euros.
Nec quod tam turpi studio glomeramur ī unū
Marbecios tande3 uicti uita bimus enses

Desperatō prime turmæ

fœda quo rūdī deditio

Virt9 anastasii

Indole si latia digni: uenetaq; fuistis
Militia: mecum retro conuertite cursum:
Hostibus est etiam fosso qui pectore telis
Sanguis eat: multi his dictis in prælia uersi
Instaurant alacres magno certamine pugnaʒ:
Sanguinis inuisi multum diffunditur: ardent
nfensæq; utriq; manus se cominus urgent.
Telum telo hæret: ensisq; retunditur ense.
Sed quid bella cies frustra peritura iuuentus
Fata obstant: nihil inuitis confidite diuis.
Hic duʒ sæua ferox meditatur prælia ductor
Hortaturq; suos ingenti uulnere uictus
Cessit Anastasius pugna: uitamq; relinquens — Interitus Anastasii.
Flaminiæ dulces moriēs reminiscitur oras.
Hic quoq; cenomani uirtus animosa Tibaldi
Occidit: hic belli consors patriæq; necisq;
Martius: ipse etiam moriens præssisse putaris
Funestum serʒana solum: tua fata secutus
Furius: hic etiam multi quos phama recondit
Magnanimi periere uiri: sternuntur ibidem
Pugnaces equitumæ turm: peditumq; cateruæ
Turbantur Veneti ductorum cæde manipli — Aperta ūenetaruʒ copiarum ꝑfligatio
Diffugiuntq; palam fusi per lubrica saxa.
Perq; imas ualles cōspersaq; robora tabo.
Terga premūt falcati enses: scythicæq; sagittæ
Præcipitat sternitqʒ uiros hauritq; cruorem
Flamuriana manus: cumulata cadauera passiʒ — Profusa strages fugientium.
Cornipedesq; iacēt: turpē qui ex agmine primi
Tentauere fugam: & cāpum irrupere patētem
Qñ inimica sup mixto præmit agmine turba

Haud miseraq; effugiunt mortē: sed cæde soluta
Oppressi per rura cadunt: maumetius ensis
Obuia scuta uirum: fulgentiaq; arma recludit.
Nūc hūeros: nūc crura metit: discrimine nullo
Dissecat infœlix uulgus: lateq; uagatur:
Polluit antiquæ cædes uestigia mossæ
Præcipiti distracta fuga: sic deniq; lassa
Non saciata tamen rabies inimica resedit.
Fœlices animæ quæ fortia facta secutæ
Fortiter: almificamq; fidem uenetumq; tuēdo
Imperium: latio fudistis limite uitam.
Dum decus & uene ti stabunt penetralia Marci
Gentis & inuictæ sulcabūt æquora puppes:
Sēper uester honos: supremaq; facta manebūt
Ite: licet superas lætæ conscendite sedes
Hic decus: hic uestræ seruant praemia laudi.
Vos uero algentes bello: belloq; fugaces
Effugii solo pollutæ crimine turbae
Elisias ualles: & amœna fluenta tenete:
Restitit ut campo uictor Maumetius heros:
Constratasq; uidet diffusa per arua cateruas:
Ne quid ait nostri diffusum sanguinis hostis
Esse sciat: nostroq; leuet sua damna cruore:
Ite citi: fortesq; uiros illustria bello
Pectora: ab ausoniis passim secernite truncis.
Lectaq; furtiuis mandentur corpora flammis.
Protinus excurrunt equites: atq; ipsa facessunt
Iussa ducis: mediaq; suos e caede reuellunt.
Hic gemit. & cæsi procumbit in oscula fratris
Exanimemq; attollit equo: flammasq; requirit

Finis pugnae.

Elogiū poetae in eos qui strēue periere

Victoria turcarum.

Edictu; flamurii.

Ille madens lachrymis traducit funera nati
Fata patris natus: per densa cadauera quaerit
Dat sociuȝ socius flammis: aliusqȝ propinquũ
Fert humeris: tacito properãtur singula luctu:
Barbara simplicitas dic cur tua funera condis
Scilicet ignotum est tot fortia pectora nunq̃
Tot latios potuisse uiros occumbere bello.
Incolumi tibi stante manu: saluisqȝ maniplis.
At dum sontiacæ decrescunt margine ripæ
Barbara busta uirum: collectis undiqȝ signis
Proxima castra petit uictor: solioqȝ potitus
Vtqȝ erat elatia conspersus cæde resedit.
Flamurius: cingunt castrensia rostra cateruæ:
Ductores post terga manus huc ite reuinctos
Armiferamqȝ inquit subito mihi sistite prædã.
Dixit: & in crudum defixit lumina uulnus:
Ingentesqȝ animi uultu compescuit iras:
Captiuos ad rostra duces turmasqȝ sequaces
Victrix turba trahit: proh nomĩa clara, supbæ
Militiæ nudata caput: manibusqȝ reuinctis
Poplite ad indignum flexo uener tribunal.
Ipse autem patriam uictor nomenqȝ requirit
Ductorumqȝ gen⁹: praeclara stipendia quæ ue
Gesta ferent bello: tacitoqȝ audita recondit
Pectore magnanimos uultus miratus & ora
Fortunamqȝ uiruȝ: quos tristia fata manebãt.
Impius infando multos non multa moratus
Seruitio damnat: pariterqȝ ad uincla reseruat
Intõat inde nefas: reliqua hæc mihi corpa ferro
Cædite mille cadũt in cædem protinus enses.

Inuehitur poeta i tur carum simplicitatem

Ira flamurii.

Attende in dignuȝ spéctaculum.

Crudeliſſimum flāurii edictū:

Sternitur infœlix acies diſcrimine nullō
Non uirtus: nō alta domus: non clara parētū
Nomina: non florēs ætas: non profuit ulli
Canicies: atq3 ipſi etiam miſerabilis hoſti,
Illyris auſonio ſpumeſcit ripa cruore
Teſtaturq3 nefas: ſolio crudelis ab alto
Spectat: & exultās laudat noua uuinera uictor.
Deniq3 iam latio conſperſus ſanguine rurſus
Exclamat: ia3 ia3 fœlicis præmia pugnæ

Permiſſio flainurii

Q̄nquidē merita ē habeat maumectia pubes.
Ite uirum galeas flulgentiaq3 arma: uagoſq3
Cornipedes: totis læti depoſcite campis.

Diſcurſus in prædam

His dictis feſtina phalanx ſe proripit. atq3
In prædam diuerſa ruit: paſſimq3 iacentes
Diripiunt gladios galeaſq3 & cōmoda bello
Scuta uirum: ſpoliāt multaq3 in ſtrage uolutāt
Fœdaq3 deſtituunt fœdos p gramina truncos.

M. ANTONII SABELLICI CARMEN IN CARNICVM INCENDIVM.

AM FVSIS PROVECTA RO
tis nox atra rubebat.
Oceano: ualleſq3 umbris comple
xa cruentas

Deſcriptio noctis quæ diem pugnæ ſecuta eſt.

Et campos ubi pugna fuit: ſtragemq3 repente3
Victriceſq3 manus: inimica q3 caſtra tegebat
Et iam tempus erat placidam quo laſſa quiete3
Summotis captare ſolent animalia curis
Letheuſq3 ſopor feſſos complectitur arctus
Cunctorumq3 oblita fouens humana laborum
Corda leuat sic terra ſilet: ſilet arduus æther

Sed qualis nox illa tibi proh facta dolorq;
Iulia terra fuit: requies non ulla sed ingens
Terror: & immensi uulgus pressere pauores:
Nanq; ubi uulgata est uicina per oppida tanti
Nuncia phama mali: pueri iuuenesq;: senesq;
Attoniti siluere: diu gellidusq; cucurrit.
Ima per ossa tremor: sed non discrimine tanto
Cessatu3 uexare metus præsensq; monere
Excidium quãtumq; mali lux ꝓxima ferret
Succlamate animis: langor sic excidat omnis:
Compressusq; dolor stimulo grauiore resedit
Pro se quisq; fugam properat noctisq; ꝑ umbrã
Cõmigrare parat. trepido pars concita cursu
Sublatos humeris confecta ætate parentes
Pars rastros humilisq; lares agrestia sacra:
Curribus extollunt. agit hic armenta gregesq;
In præceps: sobolem cæco trahit ille tumultu:
Qui stragem illius noctis: casusq; sinistros:
Indignos ue queat dictis æquare labores:
Audires gemitus suspiriaq; alta cadentum
Votaq; ne'quicq̃ obscuras iactata per umbras
Quot currus: quot uersa solo carpenta iacere:
Cernere erat: ualles resonabant luctibus imæ:
Diffugitur pars hæc aquileia telqua pigrasq; Effugiũ ad
Adriacam dorim quæ non sensere paludes: munitiora
Pars illa ignotas syluas & densa ferarum loca:
Lustra petit multi præcinctas mœnibus urbes
Munitasq; altis comprendunt montibus arces
Hæserat hic omnis miseri fiducia uulgi
His spes omnis erat gemitu concurritur ergo

Vndiq;: & horrifico nox perstrepit atra fragore
Vertice uitifero collis consurgit ad auras
Cæruleis qua turr9 aquis disterminat arua
Iulia ab illyricis uicino fonte colonis:

Descriptio tarcentinæ arcis

Hic prælara tribus uicis arx alta: uetusta
Stat fundata manu: corrupto nomine prisci
Tarcentum dixere patres: hinc carnica centum
Frugifero munita solo castella uidere
Agrestisq; licet uillas: camposq; iacentes:
Flumina: & adriacam stagnãtez ꝓxima tethyz
Dalmaticos fines: & iapidis ora timaui.
Quasq; ferox primas pãdit germania cautes:
Artenios colles: & flumina tiliauenti:
Flumĩa osopiacas circumlabentia rupes:

Prõspectus arcis:

Hinc spectare datũ: patet hĩc ꝓspectus ad ipsas
Quas pleno cilina trahit torrente ruinas.
Apparent Auiana procul: facilinaq; rura:
Et qua uitiferos mitis liquentia campos
Irrigat: & uenetæ se porrexere paludes:
Inde opitergini colles: littusq; relictum
Nobilis altini: fluuio & quæ sulcat amœnõ
Arua silis: feltrine cautes taurisiumq;:
Euganeæq; procul caligant montibus arces:
Hinc quoq; prospectus latæ decurrit in æquor:
Aspiceres medio fluctu uolitare carinas
Nunc pluuiis correpta notis: nũc actibus euris
Vella rapi: gnidias longe mentita columbas.
Huc ego pestiferi depulsus mœnibus hunni:
Bis geminos fratres pergrataq; iura secutus
Hospitii: trepidos gressus instante tumultu

Corripui: tutusq; patiens hac arce resedi.
Mœstra dies aderat: pauidumq; retexerat orbe3
Sudifico cœlu3 boreæ concesserat auster.
Victus ad extremas libye decesserat oras
Improbus: & cæco siccabat carcere pennas
Ignes interea phœbus prodibat ab indis
Frigida terga premes tepidoq3 admouerat axi
Scorpius: & dubias cursu quas nuper anhelo
Presserat auerso spectabat sydere chelas.
At tellus deserta silet: deserta putares
Omnia: & hesternis uacuum cultoribus orbe3: Attende in auditu3 silentium
Nuda iacent: nullisq; sonant mugitibus arua:
Lanigerosq; greges hirtasue errare capellas
Nusq̃ cernere erat: tractos non feruere currus
Audires concussa solo non rastra sonare.
Horror erat cultos campos uillasq; iacentes
Tot uicos: mundumq3 ipsum spectare relictu3:
Haud aliam terræ faciem: uultumq; fuisse
Crediderim: postq̃ sese cohibentibus undis
Emersere freto colles: & phocidos arua.
Tanta promethiden cyrrhea in rupe sedentem
Sospite cõnnubio stupuisse silentia credam.
Iam multu3 progressa dies: mediumq3 tenebat.
Acribus actus equis titanius axis olympum.
Quũ subito ecce nefas q̃ ꝓxima mœnib⁹ hũni. Initium incendii.
Rura sedent fumare procul piceosq3 sub auras
Tollere uisa globos. iam iam miserabile uisu
Ecce alius: mox deinde ali⁹. mox undiq3 creber
Insinuat surgens immensa uolumina fumus:
Heu simul exclamãt q circũ forte sedebãt h iiii

Complorario misera bilis Spectantium incolarum.

Heū patria infœlix te ne hæc infaūsta cadentē
Hæc ergo suprema dies: hæc fata manebant?
Iulia terra cinis: cinis & lachrymabile tantum
Nomen erit?
Audiret gemitus: & circum nuda sonare
Pectora. & hæc secum iactantes talia matres:
O miseræ sortis dira hæc in tempora natæ.
En patria incensa uersisq; penatibus omnes
Extorres: rerumq; inopes lustrabimus orbem:
Credibile est superi sæuos peccasse parentes.
At tantam insontes nati teneræq; puellæ
Non meruere nefas: o pignora nostra doloris
Ingratum quoq; uētris onus: quid tristib⁹ āni s
In lucem: & miseras uitæ mersistis ad auras.
Ibitis exilii comites eritisq; senectæ
Longo errore uagæ peregrinis sarcina terris.
Hos inter fletus atq; omnia dira sedebam:
Interea uolucer late diffunditur ignis
Circumferre faces hostes pe rura uagati.
Continuo quicquid cultæ telluris ad eurum
Gurgite præcipiti sinuosus sontius ambit:
Quicqd ad occiduos rursus Zephyrusq; tepētes
Tiliauenteæ flexus sibi uendicat undæ
Nil nisi flamma fuit. boreas incedia miscet:
Flammarumq; æstus tollit uiolentus ad auras
Flatibus arctois: uolitant per inane fauillæ.
Inuoluitq; diem cæca caligine fumus:
Ac uelut in latiis memini me sæpius oris
Ipsa sub autūnum præreptis messibus arua
Agresti succensa manu mox cuncta uidere

Igne rapi: & subditis agros deseruere flammis:
Interea uires si suggerat ignibus auster
Differitur totis acies uulcania campis:
Conflagrant uallesq; imae collesq; supini
Cum stabulis tegetes: agrestia tecta pecusq;
Et nemora & densas syluas: uluasq; palustres
Corripit ignis edax: abeunt indeuia flammae:
Quam procul ipse sequi potuit p̄spect⁹ ouātes
Sic quoq; bacchato sinuosa incendia tractu
Perq; domos uacuas: & carnica regna uagati
Cernere erat: phama est captae neptunia troiae
Pergama: & iliacas nocturnis ignibus arces
Exarsisse: uetus facies: tamen illa malorum
Vix tam foeda fuit: maiora incendia nunq̄
Expauit mortale genus: licet alta uetustas
Aeolias rupes ethneaq; monstra sequatur:
Et phaetonteae mendacia prisca fauillae.
Phoeb⁹ ad hesperiam tethym iam flectere cursū
Coeperat: & serae surgentes leniter aurae
Aetherea purgabant: clarescunt undiq; flāmae
Vndiq; triste nefas īmensaq; damna patescūt:
Quacunq; aspicias ignis spectatur & aether:
Hanc rerum faciem miserandaq; fata sedebam
Attonito similis spectans: lachrymasq; ciebam
Excidium primae. & sortem miseratus iniquam
Qn̄ mihi ante oculos fratrū se maxim⁹ offert
Fratrum qui sibi me uatē uatisq; camoenas
Hospitio iunxere pio: comitatur euntem
Lecti manus iuuenū: ille ardens iuuenilib⁹ ānis
Spicula bina gerēs dextra: parmamq; sinistra

Me uidet & dictis longe compellat amicis:
Quis tam triste nefas hospes dilecte? quis unq̃
Crediderit patriam hanc taꝫ tristia fata manere
Obruimur flãmis: & tristi mersa fauilla
Cuncta iacent quicquid sæuꝰ nõ possidet ignis
Occupat & circum grassatur barbarus ensis
Tu uero quãdo hæc tutissima mœnia cautus
Prendisti indignos aĩo ne admitte timores.
Quid quod & hos arcis q̃s cernis ad ima iacer̃
Tergeminos uicos tercentia tecta tueri
His paro nanq; aut fortunas seruabit auitas
Auertetq; atros nostris a mœnibus ignes
Hæc dextra: aut uitam multo cũ sãguine fundã
Cui ego quando ferox hostis uulcania circum
Semina disseruit: ferrũ undiq; & undiq; flãma
Circunstat: quid te iuuat obiectare periclo.
O iuuenis fidens animi: quin fortiter arcem
Hanc potius tutare precor: tua dextera uictos
Nox teget: atq; arx hæc defensa tuebitur omnes
Deniq; quid contra tot fortia pectora uirtus
Vna ualet furor est uictis non cedere rebus:
Ille autem contra me ne hoc discrimine quisq̃
Cessantem signisq; moras per uota trahentem
Viderit ignis edax coram mea regna cremabit?
Prorsus & admote stringent hæc mœnia flãmæ
Nec tantas ulciscar opes? prius ipsa dehiscat
Christophorũq; uoret tellꝰ: aut rector olympi
Flumine letheas rutilo me trudat ad undas
Publica fata sequar. fratrum tibi cura meorum
Sit precor: hospitii serua pia pignora nostri

Hæc ait & lacrymans nobis se proripit: illũm
Ductorem delecta manus comitatſ euntem
Ingemui: mecumq; animo nõ pauca mouebam
Quũ subito ĩ se oculos incẽdia sæua retorquet
Carpserat interea desertas undiq; terras
Ignea uis: totis facies uulcania campis
Circũfusa furit: lambentes sydera flãmas
Cernere & undantem mixta caligine fumum:
Horror erat referens oculos: tũ mœstus amicuʒ
Aspicio: hunc tacitis compello uocibuſ: hisq;
Alloquor: ecce omnem patriã considere in igneſ
Cernimꝰ at quid nos tanto indulgere dolori
Liui sine iuuat: sic improba fata ferebant
Hanc cecinere oliʒ sub nostraq; tempora parcæ
Protraxere diem nihil hæc suspiria curant
Nihil lachrymas neqũt his tet rica ata moueri
Quin age cõpresso gemitu dic ordine (nanq;
Iulia nõ tantũ tellus sed plurima mundi
Pars bene nota tibi ẽ) uicos atq; oppida passiʒ
Fumantes uillas dominos ac nomina pande.
Ille autem lachrymis cõtra sic orsus abortis
Quid me tot sæuos casus tot damna meorum
Dinumerare iubes: patriis ꝓcul æditus oris
Quẽ ñ iste dolor tãgit: lachrymabilis hæc lux
Cui non semper erit? pariter læsere potentes
Atq; inopes: quæ nostra cremãt cõfinia flãmæ
At si rite uacat nostros audire doloreſ
Priuatosq; iuuat casuſ cognoscere quãuiſ
Gestiat herculeas phœbuſ contingere metaſ
Incipiam breuiterq; sequenſ ex ordine dicam

Aſpice ſontiacas nubes quā fumea ripas
Texit & aſſurgens candētem flāma fauillā
Ad ſuperos alterna uomit pogoretia tecta
Hoſtiles rapuere faces licinifia rupes
Proxima polluto cæſorum ſanguine uallo:
Ecce nefas ſiculos colles imitatur & ignes:
In leuam conuertere oculos campoſq; patentes
Aſpice & heſterno rorantia prata cruore:
His uicina locis ſuperas ſe tollit ad auras
Flma ſub anguſtæ rapuit quæ mœnia moſſæ
Barbarico contra ſupremum carpitur igni
Farra ferax:nec non meriana mapalia cultis
Medeæ ſubiecta iugis.heu quanta lyæo
Damna parant ſæuæ miſcentq3 incēdia dextræ
Vritur & magicis tellus ſuſpecta cauernis
Hoſpitis antiquæ tellus de nomine dicta
Viuat & huc ipſū traducat carmine phaſim
Scilicet inſomnem potuit mulcere draconez
Ignipedeſq3 iugo multo medicamine tauros
Subdere præſentes poterit reſtīguere flāmas
Nulla colchis ope:non hoſpita tecta tueri
Haud ꝓcul his tumulis mōſtrat te uerſa cadētē
Et quæ frugiferæ ſenſerunt dāna craullæ
Nomanoſq3 lares:nec grandia nomina ꝓſunt
Romina ꝓſtratus bello quæ exhorruit orbis:
Nec q diuerſis miſcentur fluctibus amnes
Defendunt uiſcona ſuum:generoſa refuſcis
Cœlitiſ exundant æſtu magalia uti
Voſ quoq3 triſte nefaſ palmatia tecta recurſat
Igniſ edax:heu quæ lugebunt horrea patreſ

Quos aqleia tuæ pascũt altaria diuæ:
Dispereunt tenues pro petra regna fauillæ:
Aucupiis insigne solum: tua prima uoluptas
Deliciæ quæ omnes pereunt hic dulcis alũnæ
Propetane tuæ cessent uolucresq; canesq;
Et quæ iam dudum te retia lecta trahebant:
Ardet agonareon, dirasq; offensa refugit
Proxima nympha faces: generosior antoniani
Fumat humus. fumatq; situs cerealibus aruis
Castulo & armiferi nemoralia tesqua georgi
Virginis æthereæ sedes oblonga feraxq;
Meretum fatisq; ruunt roncheta malignis
Heu pietas quot uersa loco susp ira eodem
Prædia & inuisa cernit feruere fauilla
Que numerosa cohors aqleia phama uetustæ
Virginis æternum desertaq; mœnia seruat
Conficit ignis atrox laurentia rura: luitq;
Aemula campano fœlitia musta lyæo
Arripit ecce procul fœnilia densa papyæ
Percotumq; cremat cinctũ nemoralib⁹ imbris
Perniciosa lues: humiles uiolantur agelli
Perdoctiq; lares centum nec scita uirorum
Pectora nec tantos sapiens grex reppulit ignes:
Vertitur infœlix tisanon: puteiq; minores
Teq; pigardiferis quæ uberrima cingeris aruis
Samardinga premit: patriæ miserabile fatuʒ
Cusiniana ruunt: & prædia perseriana
Tectaq; uenanti pergrata terrentia turbæ.
Euersis heu quanta locis his damna reportat
Sauorgnana domus, res dilabuntur auitæ

Ne c seruare datum quæsita nepotib9 arua
Tu patrias sedes subitoq; euicta pauore
C rda leuas populi: desertaq; mœnia seruas:
N coleos: fuluo iuuenem quem cinxerat auro
Cæsariana manus. rursus spes altera prolis
Inde procul tristanus abest: ille acer in armis
Præsidio aut arim firmat: seu prorsus in hostez
Comparat agrestes acuitq; in prœlia turmas:
Q uo soboles generosa ruis? nil proficis. ecce
M rsa iacent flãmis prõaui quæcunq; pararũt
Inclyta gesta tui: septenis messibus olim
Præfuit hic patriae patrias molitus habenas
Q uicqd & hoc genitus peperit: q prim9 auc
Patritium uenetos inter libauit honorem:
Quicquid auus cuius claros factura nepotes
Nomina clara refers: quod sobria cura parẽtis
Q uod patruelis honos: auxit miserabile uisu
Sustulit una dies: quid te dolor urget in iram
Præcipitatq; furor. satis hic ulciscitur hostem
Marte sub aduerso qui se ad meliora reseruat:
Dum miserãda queror cõsurgit mœnib9 hunni
Proximus ignis atrox cargnania tecta: laresq;
In subitas abeunt flãmas: tristisq; fauillas.
Ecce columbiferas casulas noua flãma capessit:
Pyeriasq; rapit sedes: quibus ante solebat
Ausonia quotiens esset mihi redditus urbe
Sta solidosq; lares tyrius despexerat: uti:
Sæpius hos lucos & amœna fluenta colebat
Phœbus: & ipsa suũ comitata polymnia uatem
Luminiana micant flãmis salientibus arua

Stur̃niferũq; premũnt ũulcania tela ṫisanon
Lausachiumq; ferax.clauianaq; tecta:piosq;
Qui stephanũ coluere lares:q̊s sub sylua q̊sq;
Admouet umbriferos propi9 sub sylua penates
Nec texere suos entratia tecta colonos
His heu quanta locis quot tristia dãna recensẽt
Vtnei gens clara uiri susannius ecce
Ille senex nostræ mitis tu tela thaliæ
Quod doleat qđ ploret habet:dolet aduẽa ꝑles
Cuius signa fouet flauentis forma iuuentæ.
Flet quoq; calua cohors dira hæc dispẽdia cler9
Clerus utineæ famulatus uirginis aræ.
Talibus attonitum fatis lux illa maninum
Vidit: & infanda hæc mœrentez dãna detalmũ
Contigit haud ulli maior facundia linguæ
Nec tantus fãndi cultus: popularior ulli
Nunq̃ sermo fuit: nunq̃ præsentius ipsam
Rem populi iuuit quisq̃:sed transtulit ecce
Vlterius se dira lues:cerealibus aruis
Iulia rastra colunt) piceus se tollit ad aur̃as
Perlambitq; polum mixta caligine nimbus
Nec mala sumpichiæ infœlicia tecta recepta
Peste uacant.fumant fenilia galeriani
Glaunichiũq; uetus: fatis damnat9 eisdem
Talmason & uillæ flãmis crepitantib9 orbæ
Culmina lapsa ruunt: iã iã populabitur ignis
Flambrion:& sedem dederas cui carpine nomẽ
Cœlitus euertit postes fax dira marissæ
Iunctaq3 dumosæ laurentia tecta gradiscæ
Ardet amatricis culmen miserabile uillæ

Nec nõ ceruleis ſedes perſtringitur ũndis
Quæ mariane tuis:blauutia ripa receptuȝ
Teſtatur candore nefas:nil ergo fugaces
Naides aut undæ poterũt prodeſſe propinquæ
Sed nec ſignis opem uicinis turribus amnis.
Fere parat:uiridi pereunt quæ margine ripæ:
Tollitur ingratas bugniſius ardor ad undas
Glanditiumq; rapit : uolucri conſumitur igni
Quicquid in his terris tenuit mõ maxim⁹ille
Interpres legum:clarum cui ciuica nomen
Rex dedit:en quid te magnis exercite rebus
Nos quoq; quid iuuit:quod tu tot millib⁹unus
Prælatus quondam terſenis menſibus alto
Aggere ſonciacam firmaſti ex ordine ripaȝ.
Pro hlachrymæ fletuſq̃mȝ i ſuſpirat ademptaſ
Illius nunc pectus opes: lachrimiſq; madeſcũt
Lumina:quæ uatis caſtas cognoſcere curas
Dignata eſt:his ne ſaltem concedite damnis
Tiliauenteæ:ſed opem præſtate puellæ
Cæruleo genitore ſatæ:reſtringite flammas
Vicinumqȝ nefas oro:ſic omnibus æuis
Plenus eat. plenoqȝ pater ſe gurgite tethym
Voluat in adriacam : nulli quoqȝ noxius idem
Credatur:canoſqȝ premat frõs glauca capillos
Quin ꝓcul inde aciẽ qui me tũ forte docebat
Huc refer hoſtes ait:& quæ memoranda ſupſũt
Damna uide:naȝ quæ poſt flumina tiliauenti
Cernimus atqȝ ultra caligine merſa relinquo:
In boream reflecte oculos ripamqȝ ſiniſtram
Fluminis:inſenſumqȝ lupis prædonibus ecce

Vertit flāma solum martinia rura recurrit
Ignis edax: septūq; parant cui robora nomen.
Brixia adusta iacet: uillisq; faucnia baccho
Sucnisias luget sedes abbatia proles
Glemonæ sublime decus: tres ordine fratres
Ingenio longe pollens ac corpore quisque
Murutiana leui caligant tecta fauilla
Quæ prostrata solo proles gurgetia plorat
Desere sed tumulos: cāpestriaq; arua parūper
Vtneisq; faces subiectas mœnibus hauri.
Aspice clausit opem cornaria nympha nuceto
Procumbuntq; lares. diuiq; mapalia marci.
Fertile blessanum: uarianaq; limina: necnon
Basilicæ flāmis sternuntur culmina pictæ
Nec coleretani pro tristia damna penates
Peste carent: sed qd lachrymis lōgiqua notam9
Proxima utineis flagrant caprilia muris.
Laupacum rapuere faces huc respice: & ipsum
Cui tu glauca dabas nemorōsum popule nomē
Luxuriaca cremant salientes prædia flāmæ
Prædia quæ seni soboles clarissima fratres
Leguleo genitore sati præculta tenebant.
Inter iuleas proles haud clarior ulla
Nec maior mihi uisa bonus est artibus ulla
Philetina domus illis. hanc turba clientum
Languentesq; colunt cœtus: phœbiq; sorores
Hinc nati patrisq; senis cōsulta reportant
Sæpe rei populus medicas hic consulit artes
Ternaq; pyeriis resonant hic plectra camœnis
Haud ꝓcul ecce nefas cui oīa cōtulit armis

Fumat humus stabulis cortalibus ip̄ obˀignis
Vergnaciis q̃ꝫ furit tectis: paruũqꝫ recurrit
Rieciolum: haudqꝫ illi ꝓdest quod cõminˀund
Hinc atqꝫ inde fluunt: hic prædia uersa georgi
Vtnei pars clara fori: u llãqꝫ cadentem
Coniugiuꝫ: atqꝫ ipsos flesti ꝓpe niccolæ natos,
Saltus & ad leuã macredia saxa relucent:
Tuta remansa siæ: nec sunt tibi culmina uillæ,
Sed quid triste nefas cerno noua flãma noacem
Frugiferasqꝫ recens uolias circũuolat ignis,
Captis ergo suis cessabuut arua côlonis
Sordescentqꝫ situ clari uineta rosaci?
Vix hæc damna tulit quondã quũ uesuuiˀarsit
Vidit & in cinerem uertit sua regna lyæus
Heu q̃ grata perit sedes, heu dãna meorum
Cultoresqꝫ mei; hoc nobis haud debuit unq̃
Hostiles licuisse manus: mox talia questus
Ingẽit; & lachrymis hæsit meˀhospes abortis;
Ipse ego quãdo nihil cœlum nisi ꝓrsus & ignes
Vndiqꝫ cernere erat: surgens haud plura r̃quiro
Interea phœbus toto se merserat orbe
Fluctibus hesperiis: at nulla crepuscula nuellæ
Inter tot flãmas noctem traxere tenebræ:
Sic mensis qui nonus erat numerandus ab ibre
Luctibus & lachrymis tristes abiere calendæ:

M. ANTONII SABELLICI CARMEN IN NAVFRAGANTEM DIVI PETRI Cymbam.

f

LVCTVAT ALMA RATIS MEDIOQ; eiecta profundo
Vltima uota facit. gelida dilapsus ab arcto
Incubuit pelago boreas: cui prorsus ab imis
Aequore uersa uadis timidos curuant i austros.
Huc omis decurrit hyems sed remige fesso
Solus adhuc instat clauo. scopulosq3 minaces
Horret & ambigua pupim regit arte magister.
Sit licet ipsa breuis turbæq3 capacior alnus
Exigue pars est ingens tamen orbis in illa.
Hic reges: clariq3 duces hic sũma caputq3
Imperii: hic populis species inimica tyranni:
Hic hominum quicqd trinũ ueneratur: & unum
Rite deum: nihil heu cæcæ & sine lumine mẽtes
Cymmeriis mersæ tenebris: nil referet inq̃:
Quod pars hæc proram teneat: pars illa carinam
Quodq3 alii antennas capiãt: alii ardua mali
Corripiant: qppe una salus: atq3 omnibus unum
Iminet exitium. eia aĩos deiectaq3 membra
Tollite: & assumptis pariter consurgite remis:
Hæc uis dira freti arctois excita procellis
Inuictis æquanda animis: & fortibus ausis:
Pars hæc uela regat: tractet pars illa rudentes:
Ipse sed o trepidæ rector uelit esse carinæ
Remigiiq3 caput: cuius neptũnia nomen
Regna tient: regat ille huius n inscius artis

Nec fera tempestas quicq̄:arctoæue procellæ
Officient:sed læta ratis mox tuta subibit
Ostia littoribus totis ac præpete portu
Supplicibus uotis soluet se grata iuuentus.
Tu naticani iam iam moderamina lambi
Adriacis comitte deis:ea numina præsint
Illa regant cunctos:illis sint omnia curæ
Tu comes interea comitumq; hortator adesto
Xiste pater:lapsasq; noua formidine mentes
Erigito:surgantq; simul regesq; ducesq;
Hortatu pater alme tuo:remisq; receptis
Verberet insanos fluctus:undasq; minaces
Experrecta manus:tanti pars prima laboris
Sicaniæ rex magne tua est:qua parte recumbis
Hac magis atq; magis dudū male cogitat æq̊r.
Proxima tyrrhenis agitetur palmula nautis.
Succedat numero insubrum q regna ministrat
Mantua cuiq; uetus.cui tu Ferraria seruis:
Germanos gallosq; duces discrimine tanto
Interea cessare nefas:licet ardua mali
Antēnasq; premant:eadem sors uersat & illos.
Tu quoq; pānoniæ rector fortissime: siqua est
Quæ te sollicitet pelagi feruentis imago.
Surge age:sarmaticas dextras:aīosq; iacentes
Confirma:siqua antiquæ uirtutis in illis
Pars infracta manet:nec q̄ curuatur in ipsam
Pars ratis hesperiam tuta est:a gadibus usq;
Nereus occiduis male temperat æquora nautis
Hac quoq; parte decet iā iam sublapsa leuari
Corpora:uelle mori est medio cessare periclo.

Surgite inhorrescit facies uesana ꝓfundi
Subsiduntq; atri pene ipsa in tartara fluctus.
Heu segnes nimiũ segnes: heu lãguida pauci
Membra leuant: alii passim per transtra forosq;
Deiecti lachrymis intenti: & luctibus: ipsum
Turpiter exitiu3 supremaq3 facta subire.
Ac uelut epoti uicina obliuia lethes
Nil metuunt. heu triste nefas hinc unda deiscit
Depressura ratem: uastis aquilonibus inde
Tollimur ergo precef miseris & uota supersunt:
Vota precesq; mouẽt superos. his arduus æther
His pelagi imperium terræq; his oĩa curæ.
Volq; precaturo linguis aĩsq; fauete
O iuuenes: q̃q̃ media iam morte tenemur
Desperare tamen turpe est: qui singula nutu
Temperat: ille pios fors ad meliora reseruat:
Vocibus his igitur superos affabimur orsi.
O patris imensi soboles: o uirginis almæ
Dulce puerperiũ. si tellus pontus: & æther:
Totaq3 signiferi seruit tibi regia cœli.
Respice disiectam ripheis flatibus alnum
Casuramq; unã uicto cũ remigæ: ni tu
Continuo boreæ rabiem fluctusq; sonantes
Presseris: & toto mulcebis stagna ꝓfundo
Hæc ẽ illa ratis: qua cum pius ille sederet
Piscator: subito pisces & retia curuo
Littore destituit: teq; & tua iussa secutus.
Huic te pollicitũ phama est pater alme futurũ
Tenderet æquoreæ quo non sua retia prædæ:
S3 quẽ mox hoĩu; melior captura iuuaret

Euentusq; rei tantæ nō defuit: ecce
Præsidio quos ille tuo quæsiuerat unam
Impositos spectas boreas quā uexat ī alnum
Siue palestinis illa ē quæ īmitibus euris
Obruta pene uadis.quū iā deuicta periclo
Esset tota cohors:nec nō sibi nauta timeret
Vectori seruata suo est: sed pontus & euri
Cui parent.tu uector eras:hæc porro uel illa
Sit licet.impulsæ nos naufraga sarcina cymbæ
Nos miseri tua turba sumus:miserere tuorum
Christe decus cœli uacui reserator auerni.
Qui super æthereas nubes & sydera trina
Maiestate sedes.pergit uis aspera ponti
Remigium uexare tuum.tua dextera uictos
Sola leuare potest: intentant cætera mortem
Nil tibi difficile est:tua mira potentia totum
Librat & arcanis moderatur legibus orbem.
Tu noctis lucisq; uices tu mēsis & āni
Iura tenes ipsis nil te fallentibus horis
Conuexum imperio cœlum cœliq; meatus
Et quæ perpetuo degunt concordia nexu
Auscultant elemēta tuo: tibi terra fretumq;
Seruit:& his aer atq; aere sanctior æther.
Dēiq; quodq; fuit quodq; ē nūc quodq; futurū ē
Tu sator & rerum rector ratione gubernas.
Sed quid sūma loquor:tantū mortalia supplex
Deprecor:& p̄rsus ualeant quæ fata moueri:
Tu fluctus diuersa nimis ne exēpla sequamur
Diceris æquoreos quos barbara frangit erithre
In p̄tes traxisse duas:pro mœnib⁹ undæ

Hinc atq; inde diu steterant: dū trāsfuga moses
Impia cum populo pharii fugit arma tyranni,
Teq; iubente ferit nereus uada uindice fluctu
Niliacasq; manus instantiaq; obruit arma.
Rore leui sudam per deuia lustra uagantem
Pascis: & expressa rigidis e cautibus unda
Ora leuas ꝓfugi sitibundaq; pectora uulgi:
Velle tuo in uiridem conuersa ē uirga draconez
Deq; dracone recēs mox mistica uirga renata ē
Vis tua terrarū dānauerat himbribus orbem
Vis tua dānatum presso seruauit ab imbri
Vindice te pueris tribus impia flāma pepercit,
Trisq; ionam luces aluere immania cæte
Viscera. fatidico iuueni mirabile dictu
Sæpius obiecto sæui parsere leones
Haud ulli reserata prius tibi ianua ditis
Cessit: & inferni distracto cardine postes:
Non gressus remorata tuos acheruntias unda ē
Non styx: non phlegeton: cōfusa ue fluīa lethes
Te simul inspecto pressit tria cerberus ora
Et minus atq; minus diris latratibus umbras
Intonuere canes. quæ ipsis ī faucib⁹ orci
Monstra cubant subito cessere offensa nitore
Quid quod & intacta dignatus uirgine nasci
Passus es æternis fato debentia necti
Rebus & īmensis quæ sunt dimensa coire
Ne tua pastores tantū cunabula scirent
Iussa piis pia stella magis se se obtulit illi
Hac duce ab eois terris tibi grandia portant
Munera tus: myrrhā: myrrhaq; ꝫ pc̄ tētius aurū i iiii

Teq; sacer uidit:notasq; asphaltidos undas
Conuersis iordanis aquis:pontumq; refugit.
Vis tua flumineos latices in pocula bacchi
Vertit:& exutos uita reuocauit ab orco.
Sæpe super pelagi faciem tua planta cucurrit
Naufraga sæpe ratis te formidantibus austris
Depulsisq; freto portu seruata resedit.
Deniq; quicquid habet cœlum:neptũnia qcqd
Aequora quæq; iacent stygia caligine mersa
Imperio subiecta tuo:tibi maxime rerum
Auscultant seruantq; tuos in sæcula nutus.
Quando igitur rerũ seruit tibi qcquid ubiq; ẽ
Nec non uelle tuum certatim elementa sequũt.
Discute iactantem tua naufraga trãstra ꝓcellã
Insanumq; fretu3:turbataq3 stagna coherce.
Concidat imitis boreas:uacuumq; relinquat
Quicqd acer pelagi domitis sibi uẽdicat undis
Quicquid & œnotriæ rapuit lugentia circum
Littora:mœsta sedet qua lamẽtabilis hydrus.
Cymbrica tecta olim & refluis te cursib9 ambro
Obruit oceanus:sed non nimis improbus ille.
Gallica quum posset confundere fluctib9 arua
Abstinuit cedensq; ultro sua regna reuisit.
Secius ionii ueniunt qui ad littora fluctus:
Quosq; ferox boreas agitat:non proxĩa tantũ
Corripuisse uolunt:sed uasto inuoluere ponto
Hesperiam:terrasq; omnes a gadibus usq;
Ad tanai3: & gelidas scythicæ meotidos undas
Non apẽnini surrecta cacumina cœlo.
Auertit inimicum himbrem:taurinaue saxa

Saxa diu quondam lybicos remorata furores:
Non pyrenei saltus: rupisq; gebennæ:
Celsus apex: mundi ue tenens confinia calpe:
Deniq; non quicquid mõtisq; alpisq; niuosæ
Se tenuis tollit nimboso uertice ad auras:
Fata instant: sed fata potest uis una leuare
Tu quæ sola potes uis tristia fata leuato:
Fallor: an id certe est: uatis quod uota precesq;
Præsentes tetigere deos: mitescere pontus
Cœpit: & infesti uersant minus æquora uenti:
Quid quod & ethesiæ iam dudũ leniter ipso
Solis ab occasu contendunt sternere fluctus:
Cessat & acris hyems: iam se furor ille remisit
Aequoreus: sperare licet quæ naufraga nuper
Puppis erat: pelago & uentis melioribus ecce
Vtitur ecquis iam o socii tam segnis inersq;
Quis nostrum tã uictus erit qui talibus auris
Omnia quiq; regunt superis ad uota secundis
Desperet: totoq; ratem considere portu
Hanc tandem non posse putet: date lintea uẽtis
Continuo: atq; ipsis alacres incumbite remis:
En prope se tellus nobis: atq; ostia contra
Se pandunt: iam iam totis conatibus illuc
Flectere uela libet: tuq; huc piscator adesto
Remigioq; tuæ moderare bar cna cymbæ.
Illa quidem postq̃ portu seruata sedebit
Luserit & festa frontem redimita corona
Ipse ratis rector grato cum remige supplex
Tristia quod sæui uitare pericula ponti
Contigit & reduci portum tetigisse carina:

Ad uaticanas uotorū debitor aras
Rite perēne sacrum meritosq; indicet honores:
Huc omnes pia tura ferent: huc grandia dona
Votaq; concipient superosq; in uota uocabunt
Eo quis so tam sæuus adest: quis ue ipius ultra
Qui neget esse deos sūt dii quib9 omnia curæ
Quos fas atq; pium nec nō mortalia tangunt
Qui mare qui terras strepitu q cætera nuper
Terrebat boreas iacet: æternūq; iacebit
Fatali compressus ope: iam cuncta silescunt
Pacem cuncta tenent. tutos seu prendere port9
Seu quis iam medium mauult sulcare ꝓfūdū
Tutus utrūq; potest. gratis date tura ministri
Cælicolis nec parca manus dispenset acerram
Plus nunq̄ meruere dei: ductoribus illis
Infestam pelagi rabiem scythicūq; furorem:
Sustinuit petreia ratis. sed dum freta mulcet
Candida cimothoe uersasq; aquilonib9 undas.
Dumq; sopitur hyems hic alliget ancora puppī
Hic cōcessa pii foueant (licet) ocia nautæ
Ture litent superos: onerentq; altaria donis
Flatibus arctois langorē & uincla precentur
Carceris æolii: totos uel turpiter ānos
Ripheis depressa iugis uis tanta senescat.
Interea nostris rebus sint ocia: sitq;
Pax & alta quies superi: sit numine uestrō
Securum mortale genus: sit libera tellus
Sitq; piæ tethys nunq̄ nō peruia cymbæ.
Mollibus ethesiis. semp discurrat aperto
Illa freto: uecâtetq; manus quascūq; parabit

Alma fides talis sit semper quæstus: & illi
Vectura hosq; ipsos uobis seruetur in usus
Cælicolæ: mundiq; omnes (licet) exigat annos:
Atq; eadem quando casurus concidet orbis
Non cadat imo poli nitidis referatur i astris.
Hemonis: ut quondam phamæ si credim9 argo:

M. ANTONII SABELLICI DE RERVM ET ARTIVM INVENTORIBVS POEMA AD M. D. HIERONYMVM BAFFVM FORO-IVLIENSIS PROVINCIAE QVAESTOREM INCIPIT.

i NTER GRATA SOLES STVdii comertia nostri.
Priscorum laudare frequens monumenta uirorum
Auctores ipsos rerum miratus & usus
Et quas quisq; olim meditando pdidit artes
Hæc eadem quia sepe mones studioq3 requiris
Ordiar hic uenetæ dec9 & noua phama iuuētæ
Ludere pauca (breui. qs eni queat oia uersu: — Causa poematis
Baffe tibi at quāuis maiora negocia temptas
Huc animū conuertere precor dispendia fient — Breuitate
Nulla quidem: tenuem non aduersat9 honorem — ipsa lectorē
Huc ades: & mecum hunc lector sortire labore3 — allicit
Sed iam tempus adest trepidæ dare uela carīæ — Prima em
Imus: & imensum iuuat hoc tēptare pfundu3 — ptio & uenditio
Emptio prima datur: datur auctio prima lyeo.
Ille triumphales etiā traducere pompas — Diadema
Instituit diadema: dedit gestare tyrannis. — Triumph9
At quis uictum nondum dodona negaret

Frumenta pistoria ars Ipsa dedit frumenta ceres: & frangere saxo
Pinsendiq; rudem prima est cōmenta laborem:
Primæ leges Hæc eadem leges præfixit gentibus: atqui
Te radamante uelint auctorem muneris adsūt:
Phœnices primi phamæ si credimus ausi
Inuentio litterarum Mãsuram rudibus uocem signare figuris.
Ipsa suū contra decus hoc memphitica tellus
Sublataimq; acri repetit certamine palmam
Lator litterarum in græciã Cadm9 agenorides patrio ꝓpulsus ab orbe
Intulit hemoniis cœlestia munere terris
Octauas totidemq; dedit uix ille figuras.
Inde alias grai sensim inuenere recentes
Latores litterarum in latiū Hinc porro ausoniis decus hoc tribuisse colonis
Se ueteres iactat mutata sede pelasgi
Haud uenetis tantum fatis. ꝑpe uictor anhelat
S; domito tandem uult frena imponere mũdo — Oportuna adhortatõ
Vos ꝓhibete nefas supera: tuq; optime cæsar
Inuictiq; duces. fidei si cura ruentis
Vestra metus si quis regni perculsa recursat
Pectora: presentes dubiis succurrite rebus:
Dum licet in mediũ ualidas armate cohortes:
Et uenetis signis ulctricia iungite signa.
Expectare nefas dũ se quæ gliscit in horas
Insinuet scelerata lues. imo ocius arma
Expedienda: procul. prestat nõ lumine regni
Pugnare. ite bonis auibus superisq; secundis — Rõ. gẽrẽdi belli
Hanc uere fidei pestem dirũq; piorum

Excidiū:& ūestram ni occurritis ite futuram
Tollite perniciem.si quidem uictoria nostra est
Si ueneti tantum q̄uis terraq3 fretoq3.
Quid ualeāt notum est.tot iam labentib9 ānis
Sustinuere pares mahometia signa ferosq3
Conatus quid erit si te nunc auspice cæsar

Argumētū a minori

Germani galliq3 duces mox pannon & hunni9
Hesperiæq3 manus ultricia signa secutæ
Coniurent.cadet humani sitis illa cruoris:
Baccatumq3 nefas superis ultorib9.& quas
Hinserat ipse prius pœnas luet impius hostis:
Barbarica diues præda remeabit onustus
Miles:& extuuiis uictor gaudebit opimis:
Ipsa autem pacata fides grande incrementum

Effect9 expeditionis

Sentiet atq3 tuū toto mox inclyte cæsar
Vltorumq3 ducum nomen celebrabitur orbe:
Talibus accēsi qui proxima rostra tenebant
Exclamare duces. ultricia tollito signa:
Nec mora sit cæsar:fidei miserer̄ labantis
Imperiiq3 tui:nos te & tua iussa sequemur:
Nec dubitamus enim pro relligione piorum
Sponte mori: sed tu ne tanta negocia differ:
Coniurant una arctoi regesq3 ducesq3:

Coniuratō christianorū pricipu3

Pontificemq3 iubent quiq3 itala regna tenerēt
Consilio exciri:prorsusq3 in fœdera iungi
Protin9 alloquio quo nomina clara coirent
Adriacis dicta est obnoxia fluctibus ancon:

Ancon

Digressu res tanta tuo discussa leuisq3
Indignas sortita moras concessit in auras
Tu motus frustrata pios mandata secutus

Vix patrias sedes diuq; palatia marci
Contigeras: quando ecce uiros te protinus inter
Bis quinos statuere patres: mox inde reuulsus Deceuira
Iussus adis pharii babylonia tecta tyrãni. tus
Mœnia clara uides prima incunabula gentis
Heme tuæ. hic etiam uenetas res arte nouoq;
Transigis ingenio: responsaq; grata reportas Noua lega
Quid memorem postq̃ reducẽ te læta recepit tõ ad baby
Adria: quanta tuus tibi mox obeunda senatus loniæ regẽ
Munera decrerit quin pulchra fluentia rebus
Consternata nouis magnoq; euicta tumultu Florentin9
Præsidio firmata tuo est: summoq; relaxat Tumultus
Pontifici insontem quẽ iunxerat illa nepotem.
Transeat ipsa etiam patriæ nõ digna ferentis
Clara recognitio: q̃to fœlicior esset
Credita collegæ ni morte imbuta fuisset
Sed iam tempus erat portum quo fessa teneret
Aut pleno intraret dudum ratis ostia uelo.
Sed superest (da uela notis) breuis æquoris orã
Calliope: extremũq; uiua mihi diua laborem:
Nequa foret laudum tellus non plena tuarum:
Ne ue ipsã rerum seriem mora frangeret ulla
Quo minus interea phamam ꝓtendere factis
Fas esset: uenetus tibi iulia sceptra senatus Prætura
Heme dedit: neq; ego accessus faces ue receptos hemi
Non comites ipsos prætoria signa secutos
Rite canã: quis horum sanctissima coniunx
Coniunx heme tua: & nati pars una fuissent.
Clara quidem soboles illi clariq; penates
Moribus ipsa suis: atq; indole maior elisa est

Lauſ cōniū gií

Quā tulerit priuata domus: lucretia talis
Martia talis erat magno bis iuncta catoni.
Hanc uero atq3 illā tenuis fortuna premebat.
Per modiciq; lares: magna eſt cōcordia parui
Atq3 pudiciciæ: ſed longe ſanctior hæc eſt
Quæ talamo fœlix, rebuſq3 aſſueta ſecundis
Se ſciat ipſa pati. ſed quid res parua moratur
His longe maiora manent: tranſibimus ergo
Qd pede mox dextro te carnica regna premētē
Viſenteq; forū populis pax grata ſecuta eſt.
Et quod te cœlo ſuperiſq3 aſtrea relictis
Præſidem ortales dignata eſt noſcere curas:
Sontiacoq3 obiecta uado quod caſtra labore
Immodico magnoq3 inſtans munimīe firmas:
Et quod perſpicuis ſurgentem mœnibus arce3
Cernim⁹ hic qua pars caſtrorū auerſa tumebat
Hemopolimq3 uocant, auctoris nomine dictam
Tranſeat utneæ quæ nobilis accubat arci
Aerea & aſſurgens cognatæ porticus ædi:
Ipſiuſq3 una ſileant formoſa ſacelli
Limina quæq3 arcis portas interiaceat ambas:
Pinnarum ſeries, quicquid nitet intus & extra
Mœnia ſullimis dudū renouata palati.
Huc precor huc curſus clio deflectat anhelos
Vnde modo egreſſa hemeos decurrit honores.
Perſpicuu3 quoq3 laudet op⁹, qđ nulla uetuſtas
Deleat atq3 ipſi ſtupeant relegantq3 nepoteſ
Cœperat utneoſ hemi ſolertia muroſ
Ambiere: aggeribuſ magniſ foſſaq3 ꝓfunda.
Credit īexhauſtū uulguſ: negligitq3 laborem

Quib⁹ au ſpiciis cep it patriam admiſtrarī

Opa diuerſa ſ3o a laude digna

Foſſæ utinenſiſ deſcriptio

Ille instat contra curasq3 remordet inertes:
Accessitq3 ꝑcul populos mox iussa secutæ
Innumeræ coire manus: utineia uallant
Moenia & imenso accingit se turba labori:
Continuo rastra expediunt: magnosq3 ligones
Feruet opus fodit hic terrā: iacit ille refossam.
Molitur pars saxa manu: pars illa recidit:
Prose quisq3 ardens properat: fit fossa repente:
Extera telluris quicquid pomeria nuper
Pressere & q̄tum tellus decrescit ad ima:
Paulatim superas tantum consurgit ad auras
Murorum spe3 prælatus mœnibus ager:
Diffugiunt urbem campi: deserta fugaces
Illa procul spectat. nolletq3 uidere propinquos:
Quippe loco meliore sedens subnixa superbit
Nec quod: nuper erat uult his cognata uideri:
Vix tua nocti uagum decies reparauerat orbem
Phœbe soror denæ nec adhuc uenere calendæ
Aggere cum multo & fossis munita resedit
Vrbs humili fundata loco. fremit anxi9 hemus
Exahustumq3 negat quicq̄ prodesse laborem.
Mœnia in muris atq3 appendice supina
Extera firmentur. rebus mox rite paratis
Sacra facit suposq3 uocat. quodq3 ipsa secūdent
Cœpta rogat: niuea circunstat ueste sacerdos
Non unus concurrunt huc iuuenesq3 senesq3
Matronæq3 nurusq3 una: imnuptæq3 puellæ.
Ingentiq3 locum mixti cinxere corona:
Ille autem inter uota atq3 omnia læta suorum
Prima operis uillam qua port a educit ad altam

Attēde stū dīū i obeū do muner

Quo tem poris spatō absoluta sit fossa

Attēde sup plicationē:

Prima Fūdatō appendiſ publice:

Fundamenta iacit. mox cætera turba ſecuta eſt
Quiſq3 ſuā fundat lapidem: ſic creſcit ī horas
His ſtudiis utinā ſalus: roburq3 perenne.
Proxīa lux aderit qua urbs hæc q̄ mœnib9 olim
Condita ſimplicib9: mot9 trepidabat ad omnes:
Iam gemino nitens muro foſſaq3 ꝓfunda
Cominus inſtantem ſecura irrideat hoſtem.
Auctoremq3 ſuæ fundatoremq3 ſalutis
Inter ea miris extollat laudibus hemum.
Forſitan & patrem priæ uocet illa ioannem.
Atq3 exoſa uetus quod uox dedit hunnia nomē

Poete ūaticinatio

Auctore hemoniam dici ſe mandet ab hemo:

FINIS

MARCI ANTONII SABELLICI IN NATALEM DIIM VIRGINIS ELEGIA PRIMA INCIPIT:

u IRGINIS ALMA DIES TELlus quam pontus & æther
Laudat & immensi regia tota poli
Salue festa dies cœlestis conscia partus
Virgineó salue digna puerperio:
Venturam cecinere pii te carmine uates:
Teq; sibyllini non tacuere chori:
Atq; tibi nascenti quamuis prænuncius iret
Splendidior solito Lucifer ater erat:
Iret & aurato coniunx titonia curru
Candidior cignis:candidiorq; niue.
Fuscior illa tamen uisa est quis credere possit
Quamuis Zelotypo non placitura uiro:
Clarius astrifero sydus splendebat olympo
Cedere qui potuit phœbus & alma soror
Illius aduentum manes sensere profundi:
Cerberus:& stygiam qui regit arte ratem:
Cynthius oceano nitidum quum tolleret axem
Et matutinis surgeret actus equis.
Vidit ut insolito radiantem lumine mundum
Numine nonnullo sensit adesse diem:
Quid cunctamur ait tantos ne morabiur ort9:
Nascere iam fas est:nascere sancta dies:
Dixit:& extremis subito se prodit ab indis.
Cætera spectasses nil nisi splendor erat.

Non pluuios lux illa notos: boreaʒ ūe niualem
Sed mollis & Zephyros sensit: & ethesias
Credita nec cælo est longis erroibus ulla.
Dulcia sed uernans carmina fudit auis:
Perq; diem nulli tentarunt bella leones
Nullaq; montanis præda petita lupis
Perq; diem tutæ iacuerunt littore focæ
Forsitan & stygiam non tulit unda ratem
Pallidus inuisis orcus parsisset & umbris
Parcere si poterat tristior ille locus.
Pulchra fuit mundo fulsit quæ prima recenti
Nempe dies longe pulchrior una tamen
Pendebant mites apricis collibus uuæ
Strataq; erant passim poma sub arboribus
Presserat erigones flagrantem cynthius aluum
Instabatq; procul nec glacialis hyems.
Libra diem tacitis æquabat noctibus & iam
Spirabat tepido missus ab axe notus:
Verna fuit tamen illa dies uernare putasses
Aequoreos fluctus æthera rura polos:
Hæc est illa tui sacri lux conscia partus
Anna parens tantæ uirginis anna parens.
Fœlix cui matri mater ueneranda tonantis
Annuit æthereo suspicienda throno
Illinc maternos uultus miratur & ulnas
et quæ se totiens sustinuere manus
Natalem celebrate sacrum garamantes & indi
Hesperiæ gades & boreale solum
Hunc ĩmensa colat tellus hunc pontꝰ & æther
Cœlestes mentes sydereiq; chori

Ipse egō pampineō seruātis mensibus anno
Virginis ante aras mascula tura dabo.
Solemnemq; diem traducā carmīe & hynnis
Suspendamq; sacro munera nostra tholo:
In modicasq; preces addaz: da uirgo quot annis
Ipsa tuo uati mystica sacra coli:
Tu uerō æternum quotiens lux alma redibis
Sæpius hoc uultu uel meliore nitem

IN REGIAM PROGENIEM VIRGINIS ĒL
EGIA secunda

r EGIA PROGEENIS Regis ue-
neranda creatrix
Sydera cui parent tartareiq; lacūs
Natales regia tuos en tollere cātu.
Agredior cœptis intemerata faue:
Annue & æternnm ualeant per mesidos unde
Phocaicæ laurus lebetridumq; chori:
Tu cynosura mihi medio dux certa profundo
Montibus & siluis tu mihi fida comes:
Sed quid regalem repetam ne ab origine gentez
et qui te sancti progenuere patres
Prodit in exaustum series immensa laborem
Pauca sequar multum sicquoq; gliscet opus
Ille pius uates diuini carminis auctor
Ille senex gentis gloria prima tuæ
Q ui non æquoreos fluctus cœliq; meatūs
Dura nec æolii carceris imperia
Q ui non magnanimos reges non tristia bella
Sed secreta poli prodidit alloquia: m ii

Cœlitus o quotiens rapt ũs ſuper æthera ſenſit
Vnius & trini numen adeſſe dei:
Ter ueneranda tribus quotiens lux una figuris
Eſt quoqꝫ ſydereo uiſa ſedere throno
Virg neos partus & myſtica fata nepotis
Credibile eſt etiam tũ didiciſſe ſenem
Cætera fatidico meditatus carmina plectro
Creditur ante ipſam præcinuiſſe diem.
Hu us idumeæ poſt fatum conditor aræ
Regis ſatus ſalomon regia ſceptra tulit:
Salomon Hunc ſequitur Roboam roboam trieteris abiæ
Roboam Qu subit etyopem contudit aſa ducem:
Abias Inde philiſteis ditiſſima regna tributis
Aſa Ille tenet cuius nomina pauit arabs:
Ioſaphat Mox uidere ioram non mitia ſydera regem
Sy lus ochozias triſtius inde tulit.
Iorbs D fficiles audax populi molitur habenas:
Ochozias Quæ ruit ante ſacras ſanguinolenta fores:
Hinc regit ille puer quẽ inter miſeranda ſuoꝝ
Otholia Funera nutriceſ ſurripuere manus
Ioas Victor amaſias ſcelerato ſanguine manes
Amaſias Vindicat:& patris regia ſigna tenet:
Cui uix una tribus luſtris acceſſerat æſtas
Ozias Subſequitur fato deteriore puer:
Inde ſubit ſacræ poſuit qui limina portæ
Ioatam Limina rhyphea candidiora niue:
Magnꝰ agaz hoſti pœnas ſua ſacra relinquens
Agaz Dat pro neglecta relligione ſyro
Imperat ille pius templi qui ſancta recluſit
Limina:& antiquos iuſſit adeſſe choros.

Ditior hic croeso celebrat quem fabula lydo
Ditior idæo laomedonte fuit:
Te taciturus eram luci fabricator & aræ:
Sed ueneranda domus me tacuisse uetat:
Huic succedit amon: cuius post fata iosias
Regnat & in uanos concitat arma deos:
Euertit magicos lucos euertit & aras
Maioris fassus numen adesse dei:
Quid ioachim reliquosq; canã p9 tristia regni
excidia illustris qui subiere uiri:
Fatidicos ne senes num carmina sacra reuolua3
Cœlicolumq; patrum sancta ministeria.
Tu mihi uirgo satis summa ad præconia siue
epica plectra magis: seu magis ista placent.
Tu splendor tu gentis honor tu summa tuoru3
Gloria: & antiqui phama suprema laris:
Deniq; tu quicquid poterit succurrere uati
Ara tibi erecta est: ad tua sacra ueni:

QVO RITV SIT AD DIVAE VIRGINIS ARAM SACRIFICANDVM ELEGIA tertia:

VRRITE VIRGINEAS CIRCu3
disponite lauros
Qua rudis hæc dominæ tollitur
ara meæ.
Ite instat solenne sacrum properate ministri:
Absit & a uotis uana superstitio
Haud quisq̃ ante aras aurata fronte iuuencum
Lanigeram ue mihi de grege sistat ouẽ

Non caper hic bacchō: uiuũ ax non cerua dianæ
Non tibi phœbe celer hic cadit ictus equus:
Irrita ſacra uacent iam iam uacet irritus ille
Sacrorum ritus quem tenuiſtis aui
Pro furor ille fuit: gaudent non ſanguine qs nã
Ignorat cœli numina ſed precibus
Ter luſtratus aqua niueaq; in ueſte ſacerdos
Prodigus arcanis det pia tura focis.
Stent pueri circum trepidi innuptæq; puellæ
Perſpicuus certa uirginitate chorus:
Quem ſi forte iuuat feſtas ductare choreas
Comprimat intonſas candida uicta comas:
Succincti niueas ueſtes altaria circum
Virginis æthereæ nomina magna uocent
Sacrificis nabatea focis dent tura miniſtri:
Dent quoq; coricii mollia fila croci:
Stet matrona procul moneo procul īde reſiſtat
Quæcunq; eſt primos paſſa puella toros:
Non floræ ludicra paro non orgia baccho
Mollia cecropiæ non paro ſacra deæ:
Sed quæ præcipuos meruit geſtare triumphos
Perpetuumq; decus uirginitatis habet.
Non hanc laſciui motus riſus ue procaces:
Sed meritura fides & pia tura mouent:
Hic uoces iactare pias ad ſydera fas eſt:
exaudit iuſtas uirgo uocata preces:
Turicremas moneo uenerabere uirginis aras:
Protinus & tutum carpe uiator iter:
Hinc licet & tiphis committat carbaſa uentis
Non niſi mitificas ſentiet etheſias:

Vota hic matūris pro frugibus annua sistat
Vinitor: & quisquis uomere sulcat humum:
Hanc pro fœtura peccorum tutela magistri
Pro grege munificam rite litate deam:
Hic pacem qui pacis amat læta ocia quærat
Quæritet & supplex hic sibi pauper opem:
Non nisi uocalis q̄uis modo mutus abibit
Claudus eat celeri cesserit inde gradu:
Audiet & surdus: fuit & qui lumine captus
Protinus aspiciet fassus adesse deam:
Deniq; quisquis erit sanctus qui aduenerit aras
Virginis imploret numina magna meæ:
Nos quater o liceat totis uenerabimur annis:]
Quem de cespitibus fecimus esse locum
Cespitibus duris rudis hæc mihi tollitur ara:
Viuere si fas est nil nisi marmur erit:
Hic & maturæ pendent cum uitibus uuæ:
et quum decrescit frigida rursus hyems:
Dulcibus hic etiam uernant quum rura diebus
et quum tritici præteriere dies:
Supplicibus uotis stantes adoleuimus aras
Ignibus effundet garula turba preces:
Hic toto bona uerba die dixisse iuuabit
Sæpius & dominam ture litasse meam:

AD NAZAreth natale solum uirginis elegia quarta

IC ROGO PHOEBEOS QVAE
proxima suspicis ortus
Nascentis dominæ conscia terra
meæ

Illuxit quum leta dies: qua diua tonantis
Humano generi est & tibi nata parens:
Quæ tibi signa dedit cœlum quæ nunciꝰ æther
Qualis erat ioachi regia parua senis:
Dic quamuis nitido phœbus prodiret olympo
Hic minor ætherea lampade splendor erat?
Cœlestes circum cunabula parua ministri
Quot steterant trepido lucida turba pede?
Quales parua domus: circum fundebat odores
Quis dabat arcanis mollia tura focis?
Ne tua dissimula mihi gaudia. suspicer ante
Cernere præsentes non meruisse deos:
O nimium fœlix tellus tua si bona noris
Terrarum nulla es maxima terra fores:
Sic quoqꝫ quis nescit delos tibi cessit & ida
Ista licet uanos iactet & illa deos.
Cessit & æquoreis undis circumflua cypros:
Illustrisqꝫ samos trinacriumqꝫ solum:
Deniqꝫ quæcunqꝫ est tellus commenta p orbem
Quos male pro superis ture litastis aui.
en age phœbeos casus scrutemur & ortus
Quaqꝫ fremens calido spirat ab axe notus:
His quoqꝫ ripheas addas licet anxius arces
Nullus erit toto maior in orbe locus:
Non mihi maior erit quæ primos terra parentes
edidit humanum proditur unde genus
Non natale solum ponto quum mersa iacerent
Omnia: qui struxit rexit & arte ratem.
Non moysi sint ampla licet cunabula tanti
Primorum pꝫ trium tecta uerenda patrum

Non quæ magnanimos reges magnosq; prophetas
Nouit: idumæi regia clara soli:
Prostratam bello tenuit te roma quid inde.
Non ualeam si non tunc quoq; maior eras:
Iactet marte satos fratres regesq; superbos
Oebaliumq; addat ambitiosa numam
Quiq; reos cædis iussit se consule natos:
Tanta fuit patriæ gratia tantos honor:
Lactet & ausonium spreuit quæ clœlia tybrim
Quæq; fuit latiæ phama pudicitiæ.
et quem deceptæ plectentem crimina dextræ
Cernere magnanimus porsena non potuit.
Quisq; sibi potem passus post terga reuelli
Ipsa licet contra staret ethrusca manus.
Tercentum fabios assertoresq; camillos
Nec quibus agnomen africa uicta dedit.
Non catulos deciosq; duos geminosq; catones:
Non capitolini nomina magna laris
Nec taceat cossum nec te marcelle relinquat:
Non curios parcos fabriciumq; senem:
Tollat inmensum syllam mariosq; feroces:
Pompeiosq; duos: cæsareamq; domum:
Ipse etiam thyriæ tollant se laudibus arces
Iactet & ingentes punica terra duces.
Neu sileant gades. nec gens suprema britanni
Aruigarum fas est aruigarumq; uocent.
Gallia si quid habet si quid germania laudent
Cantet & illustris græcia docta uiros.
Arsacidumq; genus memorent & prælia parthi
Et Ptolemæorum nobile stemma pharos

Clarior ũna quidez terraq; beatior omni
Nascentis dominæ conscia terra meæ.
Tu bethlem summi regis ueneranda creatrix
Crederis hoc ipsuz præteriisse decus:
Hanc primam immensi cœli fabricator & orci
Factus homo mixto numine pressit humum:
Hæc igitur regum regem tulit illa parentem
Vtraq; terra suò clara puerperio.
Ista uel illa coli digna est sit longior ætas
Sentiet alterutrum munera nostra solum.
Nunc age uirgineo tellus memorabilis ortu:
Suspice deuotæ munera parua lyræ.
Tu mentem metire tui non munera uatis:
Munera non flectunt sed pia corda deos.

De natali diuæ uirginis ad Illustres sui sæculi poetas elegia quinta

ATALEM CELEBRARE DIEM
paro uirginis almæ:
Virginis ante pium postq; puerperium.
Hũc properate pii uates cantare periti
Lustret honoratuz laurea sancta caput.
Ipse ego uirgineæ factus modo uillicus aræ
Gramineos sterno sedulus ecce thoros:
Hic sub pampinea carmẽ meditabimur umbra
Quem fons perspicua leniter ambit aqua.
Stant circum platani densæq; ex ordine laurus
Cespitibus medio tollitur ara solo:

Lux solennis adest iam dum subsellia fixi
Ite precor latii. phama suprema uiri:
Docte philelpe ueni fas est pater optime cultaꝫ
Claudere pro tanta uirgine sfortiadem:
Imperfecta seni ne sit sua phcltria uati
Ne ue sabine tibi belgica bella moræ:
Tu quoqꝫ ne cessa musis comitate sicanis
Pandormita tuæ gloria trinacriæ:
Huc pontanus eat nec non mihi redditus oris:
Pannoniæ maior nomine calimachus:
Philetic umqꝫ suũ nihil hernica nympha moret
Nil uerulana meum mœnia sulpitium:
Huc uolscus marsusqꝫ adsit iuniorqꝫ catullus:
Adsit & arguti laurea pierii:
Nec decantati totiens remorentur amores
Te mihi sed cultam cosmice tende chelym:
Calphurni pia musa ueni: tuqꝫ ipse uenito
Carbo ferox tanto conspiciende choro:
Dalmaticũ cipicon: cupidusqꝫ huc plectra regro
Cenomani multum sobria cimbriaci:
Tu pyladæ comitate tuo doctoqꝫ catillo
Corneli huc adsis huc & alexis eat.
Hæc meus aurato teneat subsellia plectro
Cynthius ausoniæ phama futura lyræ:
Creticus argiuis adsit reuocatus ab oris
et tibi qui fuerat cretice magne comes
Transeo: sed multos forsitan q̃s phama recõdit
et quorum non dum cognita musa mihi est.
At uos pieridum uates decus ite uocati
Qui solennis adest hunc celebrate diem

Omnia uirgineo reſonēt mihi carmīe & hymni.
Non niſi per laudes lux genialis eat:
Ipſa ſui interea patris miranda creatrix
Aetherea gratos ſpectet ab arce choros:
Illuſtreſq; uiros nunc primum ſorte reuulſos
Fontibus aoniis ad ſua ſacra uocet:
Et ſibi facundo meditari carmina plectro
Gaudeat æthereo conſpicienda throno.

DE VIRGINITATE EIVSDEM elegia ſexta.

ACTENVS ECCE TVOS VIRgo uenerabilis ortus
Diximus & gentis nobile ſtemma tuæ:
Virginitatis honos mirandaq; gloria nunc me
Admonet: incæptum dirige uatis iter.
Non leuis exiguo uerſatur puluere currus:
Fluctuat in tenui non mihi linter aqua:
Planities hinc uaſta iacet: iacet inde profundū
Siue paro terris pergere ſiue mari:
At faueas nulluſq; in eis moderetur habenis
Autumedon: typhis nec regat ipſe ratem.
Alter & autumedon medio certam ne credar
Alter & in mediis te duce typhis aquis.
Te ſine conatus fruſtra meditabimur omnes
et ſine te nullus proderit uſq; labor:
Præterea non ipſe mihi berecynthius athis
Luditur aut quales pauit adonis oues.
Non bis raptus hylas: non triſtia fata lycurgi
Vecta nec inſolitis hippodamia rotis:

Deniq; non prisco decies cantata cothurno
Fabula sed mentem grandius urget opus:
Ardua res certe est uani non indiga phuci
Quæq; uelit plectro nobiliore sui
Quisquis eni3 regina tuas cōprendere laudes
Audeat: & uersu præmia magna sequi.
Ille etiam memoret motus & sydera cœli
Quam uernante die pluria uernet auis:
Quot libycæ spirante noto postulent arenæ,
Et quot cecropium uer postulent apes
Plus tua uirginitas meruit q̄ grata tonanti
Ordinis adstantis sancta ministeria.
Et plusq̄ quos ipsa super lux trina recumbit
Cœlitibus cunctis nomina grata thori
Non tantu3 numerosæ seraph meruisse putatis
Deniq; non reliqui tam meruere chori:
Quem non elysiis repetitus clamor ab aruis
Quem non mille patrum cōminuere preces
Virginitas hæc sola poli secreta tenentem
Creditur in terras elicuisse deum.
O felix nimium felix quem non capit orbis
In tua se fudit uiscera factus homo:
O nimium felix cœlos qui & cuncta creauit
Lactasti tanto pignore digna parens.
O nimium felix dextra sua regna tenentem
Altrice cuius sustinuere manus
Te cœlum te terra colit te pontus & æther
Forsitan & stygiæ te uenerantur aquæ:
Sis felix quotiensq; precor reuocabere uati
Protinus huc adsis delitiosa tuo

DE PRESENTATIONE VIRGINIS AD templum elegia septima

u ENERAT ALMA DIES QuA te pia uota mariti
Soluere cœlicolis fas erat anna tui
exierat teneris iamdum uirguncula cūnis
Ibat & in trepido pergere docta gradu:
O quales uoces q̄ dulcia uerba parenti
edidit arcano blanda puella sono.
Tanta quidem non talis erat cum uisa per ānos
Posse capi ebalio fertur amata numæ
Gratus uterq; parens ad limina sacra tonantis
Limina ryphea candidiora niue:
Suppliciter niuea stabatq; in ueste sacerdos
Ante fores gratum constituistis onus
Candida uestis erat præcintaq; tempora laurō
Cætera uirgineum non decuere caput:
Nic utriusq; manu templis illata parentum
Constitit ante ipsum parua ministra tholum
Gratius ecquando productum munus ad aras
Quando dari potuit uictima tanta deo
Pluris parua fuit uirgo: mactare parentis
Ante aras natum q̄ senis obsequium
Quā noua quæ primus libauit dona sacerdos
Quam populi sanctæ deniq; primitiæ:
In populum hic oculos rerū sator ipse retorsit
Cœpit & in melius uertere consilia
Sperari cœpta est misero concordia mundo
Senserunt manes proxima fata pii:

Hæc erat illa piis totiens repetita prophetis
exemptura sua uirginitate nefas.
Quicquid prima parens mortalis abstulit una
Virginitas tanti restituisse fuit:
intermissa mouent quid te commertia natæ
Quid dederis nescis ne moueare parẽs
Quod nõ uis auri totus ue redemerit orbis
Quam das pro populo sola puella potest
Hinc erit ille nepos insonti sanguine qui te
Humanumq; uelit restituisse genus
Horridus immensi trepidet quem ianitor orci
Prorsus & infernæ nauita tristis aquæ.
Purget & elysios campos claustrisq; refractis
emergat qui auras uictor ad æthereas
O fœlix quicunq3 datum suffusa rubore
Cernere præsentis uirginis ora meæ
Indo lis o qualis species ꝙ clara futuræ
Induerat uultus signa pudicitiæ:
Non sata mortali cœlo demissa uideri
Hic pudor hic pietas hic decor omnis erat:
Virginibus subducta loco penetrale subiuit
In medio talis conspicienda choro:
Qualis nocte cadens prima iter sydera uesper
Inter amadryades delia qualis erat
Tu ueneranda parens cum cõiuge parua reuisis
Limina iam uoti liber uterq; sui.

DE MINISERIO VIRGINIS AD ARAM IN TEMPLO ELEGIA OCTAVA.

d ICITE IDVMEAE VESTRA
est nam phama puellæ
Q uando palestini plus meru
ere foci:
Q uando magis licuit superos sperare secũdos:
Q uando fuit tantus relligionis honor:
Quã domiæ quũ dextra meæ gestabat acerrã:
Placabatq; suos parua ministra lares.
Dicite dimisso properat dum singula uultu
Virgineo qualis sedit in ore rubor.
Numq; hilaris non mœsta fuit p cætera nõ ne
Numinis omne fuit omen in alloquio.
Q uid totiens uestæ uanuz penetrale uetustas
Vestalemq; refert ambitiosa chorum.
Integritas seruata metu non grata ministris:
Sed patriæ ritus relligionis erat.
Hinc pudor inde metus sperataq; uerbera sæui
Pontificis: uestæ si periere foci:
Terrebatq; specus collinæ proxima portæ
Non nisi pollutis cognita uirginibus.
Virgineuz nunq̃ spargi mea uirgo cruorem
Viderat: aut terris inuida membra tegi
Virginitas sed grata fuit quam parua tonanti
Vouerat: & sanctæ norma pudicitiæ:
Non meruit sed si talem sortita ministram
Vesta foret patrum uana superstitio:
Credibile est uix sena deæ sat lustra fuisse
Emeritaq; manu se uoluisse coli:
Pro populo sola hæc faciat permittite magni
Pontifices: sanctis det pia tura focis.

Vosq; palestinæ templi tutela puellæ
Fundite deuotas dum facit illa preces:
Cuius dextra magis poterit flexisse tonantem:
Aut quæ uenturo gratior esse manus:
Quaz totiẽs qua se gestandũ destinet. aut qua
Optet ab æthereo culmine lapsus ali.
Tu quoq; magna roga qd. n. tibi uirgo negatuz
Ille uelit cui sis sæpe uocanda parens.
At te humilem paruãq; geris minimãq; mistrã
Credis & in tanto te nihil esse choro:
Cunctarum tu iussa facis dictataq; sacra
Bisq; die obsequium terq; operata pium.
Longæuæq; frequens adstas studiosa magistræ
Decessura pio non nisi iussa loco:
Synaicas leges & fata prophetica discis
Virgineæ sortis nuncia fata tuæ
Pro quotiens tantam matrem mirata precaris
O uenias oculis cõspicienda meis:
Virgo suprema ueni miseri spes unica mundi:
Ante tuos liceat procubuisse pedes:
Figere prætentæ detur precor oscula plantæ
Et tua si non sim seruula credar ego:
Sed quid ais cuiusue cupis dic serua uideri:
Cuius ad optatos procubuisse pedes:
Si nescis tu illa es uirgo qua missus olympo
Nascitur intacta uirginitate puer.
Eia age & exacto gemino tua præmia lustro:
Præmia momentum grande salutis habe.
DE APPARATV uirginei triumphi & in primis de ipsi9 curr9 ornatu elegia nona. n

c ESSIT INEXPLETI TANDEM
possessor auerni:
Et qua uictor erat hac quoq; parte
iacet.
Ducite laurigeros huc templi ad limina currus:
Sit uictrice nihil pompa futura minor:
Aureus axis erit temo aureus ornet eburnas
Stellatasq; decet plurima gemma rotas:
Hic carchedonii radient opaliq; rubentes
Assimilis uiridi tuq; smaragde freto:
Crysopilon durusq; adamas teretesq; cylindri:
et quod quærenti dat tibi cythis arabs:
Acopis & quondam precio spectatus achates
Fortis alectoriæ galaicosq; duplex:
Multicolor mitrax nec non & candidus ion
Gasidane & uenis pulcher apiste tuis
Splendeat hic arabes quicquid misistis & indi
Arte laboratum cætera spiret ebur:
Atq; duplex rerum series uiuescere quarum
Altera credatur nobiliore manu:
Altera non notis rudius celata figuris
Perspicuum: tantum relligionis opus:
Hic spectare noui liceat primordia mundi
Vt terras rerum condat & astra parẽs:
Iussus ut elatas sedes sibi uendicet ignis
Aer ut in medio præstet & unda loco
Vtq; nouis errent siluis animalia. primus
Vtq; parens stupidcoro pore surgat humo:
Hic male contacti spectentur crimina ligni:
et nece fraterna commaculata manus:

exilio damnata domus tumidisq; sub undis
Obrutus; ut quondam maximus orbis erat:
Arca uetus rectorq; senex sobolesq; sub illa
et modo uictricis nobile stemma domus:
Obsequiumq; senis prolem mactare parantis
et pueri insontis mystica uenditio:
Nec procul assurgant diuini culmina templi:
Gestaq; cum populis praelia finitimis:
Niliacus carcer desertaq; errata famesq;
Non nisi diuino contolerata cibo.
Diuisumq; fretum nec non remeantib9 undis
Spectentur phariae quae periere manus.
Igneus ille rubus moyses quem uiderat: & quae
Pumice percusso prosiluistis aquae:
Deniq; synaicae leges reparataq; regna
Pontifices templi: uirgineusq; chorus:
Sequoq; permixtam uirgo galilea ministris
Cernat & arcanos saepe adolere focos:
Parte alia miranda quidem sint multa nec ipis
Intellecta nouis condita imaginibus
Hic miretur uti sinuosis nuncius alis
Portet ab aethereo culmine missus aue:
Inscia ut aspectu titubet uirguncula primo
Tradat ut edoctas ad pia fata manus:
Atq; eadem praegnantis uti montana sororis
Visat: ut optatum gentibus edat onus.
Spectentur pueri insontes infanda tyranni
Imperia: & domini nuncia stella sui
Vtq; tribus praelata magis sint munera: & ipsu
Mon stratum coelo tutis effugium:

Auctorem texere suum deserta canopi
Concidit in matris plurima palma manus:
Fatidicusq; senex reserans sua fata. relatus
More patrum rursus in sua templa puer.
Regis sancta cohors & publica uerba salutis.
Et data bissenis dogmata discipulis:
Obuius ut matri stygio sit uictor ab orco.
Hortetur q; palam terq; quaterq; suos.
Deniq; ut ad superos scandat rediturus ad ipsũ
Vltima post mundi sæcula iudicium.
Ipsa licet media miretur singula pompa:
Tale decus rerum nesciat esse suum
Ornet & eoi currus fastigia laurus:
Laurus perspicuæ uirginitatis honor:
Candida uela duo præstent super aureus illis
Ales erit cuius funera nouit arabs:
Non niuei iungentur equi: non deniq; tygres
Sub iuga sed casti monocerotes eant.

Apparatus & processus uirginalis triumphi

CANDE TRIVMPHALES VIRgo tamneia currus
Pro foribus templi pompa parata tibi est.
Iam dudum captiua phalanx præcedere cœpit:
Post humeros sæuas turba reuincta manus.
Præcessit superis inuisa superbia cuius
In sua consurgit cornua torua caput.
Infensæ comes est infensior ira sorori.
Pergit inexpletæ pallor auariciæ.

Liuida cura subit nec non damnata perenni
Torpori facies horrida desidiæ:
Consequitur ueneris species lutulenta nefandæ
Formaq; damnosæ luxuriosa gulæ.
Ocia fœda simul: simul est quoq; uisa uoluptas
et cum mortifero crimine culpa sequi.
Segnities & somnus iners tactusq; nefandi
Nequitiæ mollis luxus: inanis honos:
Eumenidum uictæ facies & flumina auerni
Deniq; præsigni præteriere nota.
Omne nefas claro præmissa est præda triũpho:
Ne tibi sis uirgo glorificanda moræ:
Turicremis abscede focis: arisq; relictis
Virgineo prodi conspicienda choro:
Ipsa sed eoo uictrix iam tollitur axe:
Victricesq; premit laurea parta comas.
Instita uirgineas abscondit candida plantas:
Per radiat niueos plurima stella sinus.
Non alius quisq̃ decuit me iudice cultus.
Iudicium candor uirginitatis habet:
Ite licet solimæ uestra est q̊q; phama ministræ:
Carpite communis præmia militiæ.
Consortes meriti collegaq; turba fuistis:
Sit tua tam claris gloria militibus:
Ite coronatæ uictricia tempora lauro.
Dextra gerat palmam concutiatq; manus
Proxima ꝓgresso fuerit manus ista triumpho:
Carmine uirgineum testificata decus:
Succedat numerosa cohors pompãq; sequatur:
Quæcũq; ẽ nullos passa puella toros:

Adſit & a ſolimis uirgo digreſſa ciliſcis
Adſit ab irriguis uallibus hierici.
Accolit & quæ te fluuio iordanis amœnõ
Præfortunati conſcia nympha uadi:
Siqua tenet diras famoſi aſphaltidis undas
Callirohen medicam geneſaramq; bibit:
Tharicien quæcunq; colit tenamq; iebonq;:
Et te ſamario condita lydda ſolo:
Intactaſ huc tamna manus huc mittat idumæ:
Et bedoros quicquid uirginitatis habet:
Nec ſit gaza moræ raphiæ properate puellæ
Protinus eluſaʒ linquite & epiceron.
Vos nihil heſſeni fas eſt huc mittere nuſq̃
Palmiferis errat fœmina ueſtra locis.
Nec ſtimulat laſciua uenus ſobolis ue cupido:
Sed ſobolis præſtat conuena turba uicem.
Incola non deſit caſi quem lumina phœbi
Cernere naſcentis nocte ſilente uolunt
Huc coeat galilæa phalanx betheleiaq; turba:
Quæq; colunt piares ardua ſaxa manus:
Ad uos municipes neu linquite ueſtra puellæ
Mœnia: ſacrificis ſed date tura focis.
Ne mora ſit rebus uictricia ſigna propinquant:
Ipſa triumphatrix gloria ueſtra uenit.
Ite & uictrici linguis animiſq; fauete:
Reddite tam claræ præmia militiæ:
Cingite mox lætam uelis & frondibus urbem:
Gaudeat ignota relligione dies.
Clamet io uulgus repetitis uocibus ipſi
Seq; ſciant nnnq̃ plus meruiſſe lares.

De causis dominicæ annunciationis elegia undecima:

VSTICIAE MODERARE TVAE gladiumq; remitte.
Iustus es atq; idem crederis esse pius.

Parce satis luimus miserande crimina culpæ:
Postera progenies inscia turba sumus::
Respice possessum stygiis prædonibus orbem.
Desinat antiquum perdere cuncta nefas:
Numen in immensum primi coiere parentes
Supplicii imensus debuit esse tenor.
Sed tua te pietas flectat generator olympi:
Pœnarum exhaustu3 credimus esse nimis:
Te te cœlum te terra rogat te pontus & æther:
Muscosi fontes perspicuiq; lacus:
At te stagna soli sinuosaq; flumina clamant:
Clamat ab immensis cædua silua iugis.
Indomiti colles possessaq; rura colonis
Seu rigeat bruma seu modo uernet ager:
Te uolucres piscesq; orant te grandia cetæ:
Quadrupedumq; greges omnigenũq; pec?:
Quicquid in humanum uertisti conditor usũ:
Immemorem domini te uetat esse sui
Cui spectanda olim numerandaq; sydera cœli:
Cui data terrarum machina tota celi:
Cui quoq; debuerant animantia cuncta teneri
Tartareo mersus sub phlegetonte iacet.

Illa tibi assimilis species iacet obruta flamis
Auctoris mundo nuncia forma sui:
Humanum miserta genus te cuncta precantur
Teq; rogant populi contrahe fata tui
Hoc rogat elysiis clamor repetitus ab aruis
Quid ueteres tantum commeruere patres:
Vt lileam fauces contusaq; pectora: gustu
In medio phama est indoluisse uirum.
Suppliciu; doluisse tamen: pœnamq; perennē
Comminuit tanti pœnituisse fuit:
Te uocat ille senex oppressæ conditor arcæ
Qui nisi bisdena cessit olympiade:
Te moysi spectata fides: atq; impigra fratris
Imperia & sanctæ præmia militiæ:
Te patris obsequium meditantis funera nati:
Quo casura magis uictima grata foret:
Te quoq; longæui mitissima facta parentis
Vnde per illustres exoluere tribus:
Te pietas nati fratrum quem turba perodit:
Fatidiciq; rogant sobria plectra senis:
Clamat idumei templi molitor & aræ
et qui nos docuit tristia fata pati.
Virtutum nnmerosa cohors tibi deniq; ab imis
Sedibus extensas tollit in astra manus:
Promissam sobolem poscunt pignusq; salutis
Omnia & aduentus tempora læta tui:
Tu natum dimitte polo sator alme: reperta est
Fertilis & tanto semine digna seges.
De ui catholicæ fidei aduersus ueteres cœli per
scrutatores elegia duodecima.

STRORVM POTVISSE NOVOS
depre ndere cursus
Vestra parethonii est gloria uestra
uiri.
Ite licet radio partum prætendite palmam
Sitq3 perenne decus: sitq3 perennis honor:
Cœlorum seruare uices docuistis & astra
Quod monstrastis iter postera turba: terit
Paulatim uasti uobis auctoribus ipsi
Innotuit moles irrequieta poli:
Vtq3 hæc bissenis totidemq3 fugacibus horis,
Vertatur tacita lubricitate semel:
Continuo errantis lunæ solisq3 labores
Cognita & obliqui semita Zodiaci.
Inq3 duodenas abiit discreta figuras
Zona uagaturis peruia syderibus.
Moxquibus inter se spaciis ea sydera distent:
Septenosq3 fuit discere cura tonos:
Quo non læte senex tu te saturne receptes:
Quo iouis idæi prospera stella micet:
Vt gelido mare mixtus auo per uictrica regna
Temperet affinem: mitificetq3 iouem:
Vt gemina uersere domo tu bellice: monstri
Terga cleonei non nisi phœbus amet:
Hic ueneris notuere lares dubiiq3 meatus
Lux quoq3 phœbeis æmula luminibus.
Quo facunde loco mediteris fata repertum est
Cylleni & phœben quod iuuet hospitium.
Præterea ignotum nequid mortalibus esset:
Scrutata est geminos improba cura polos.

Deprenditq; pari cursu per climata labi:
Dissimiliq; tamen sydera curriculo:
nde hiadas pleiadasq; notat cressamq; nitentē:
I Quam teneat cœli piscis uterq; plagam:
Qua regione poli spacietur lubricus anguis
Quo situs arthophylax quo cynosura loco:
Nec superas reserasse fores contenta quieuit:
Mens homnium nixa est ulteriora sequi.
Defectus hic phœbe tuos prædicere graiis
Ante diem latio nititur ille suo:
Vnde imbres mixtiq; ruant cū grandine nimbi
Hauriat unde suas concolor arquus aquas:
Quid ta; dira micent turbātes regna cometæ:
Vnde micent subitæ bolides unde faces.
Et quæ tam densæ iaculentur fulmina nubes
Fulmina quid possit elicuisse polo:
quid boreas Zephyriq; ferāt qd ue auster & euri
Quis pluuius terris quis ue serenus eat:
Casuros lapides cœlo cecinisse uetustas
Creditur o mira cognitione uiri:
Fœlices cœli mentes rerumq; capaces.
Durat adhuc uester quem peperistis honos:
Peruentum ad limen cœli est postesq; reclusi:
Altius attolli non potuistis aui.
Nō speculæ pharieq; rudes numeriq; sequaces:
Nullaq; adhuc tanti sedula cura fuit:
Scrutari secreta poli sedesq; beatas:
Et quæ sustineant pondera grata throni:
Vna quidem species ternis discreta figuris
Hic pater hic natus luxq; sequestra sedet.

Trinus & unus amor trina ẽ atq3 una potestas
Hic deus atq3 ille est tertia forma deus.
Ec quis ubi illa aderat mundo promissa precãti:
Fœlices inter semper habenda dies:
Qua noua progenies miti debebat olympo
Progenies nostrum soluere missa nefas.
Quis rogo consensus mentem ter rite uerẽdi:
Verbaq3 mirandi mutua concilii:
Deniq3 quis nouit solii decreta superni
Non homo sed tantum relligiosa fides:
Affuit hæc testis: uiditq3 hæc una quod ipsi
Discere cœlestes uix meruere chori:
Hæc eadem nobis coeli penetrale reclusit:
Traxit & in superas pectora nostra domos:
Cedite iam phariæ mentes curæq3 procaces:
Quod canimus uestra sedulitate caret:
Non radii nunc si qua latent nõ astra recludẽt:
Sed mihi sancta comes duxq3 futura fides.

AD diuam gratiarum uirgine3 elegia tertia decima:

PATRIS VENERANDA PARens:
o filia nati
Sydus: & astriferi ianua sancta poli.

Accipe diua pii non impia munera uatis
Laudibus immixtas accipe diua preces.
Ante thronum nati supplex tu crimina mundi
Diluis & mundo pandis ad astra gradum.

Iram sæpe tuæ lachrymæ flexere tonantis:
Sæpe minas lachryme cōminuere tuæ.
Humanum fortasse genus periisset & orbis
Et potuit rursus mergere cuncta cahos:
Maternæ ni rite preces natiq; patrisq;
Fregissent iusti fulmina iudicii.
Per te tuta quies: per te sunt ocia terris:
Pressa iacent merito bella nefanda tuo.
Te duce tuta ratis tumido uolat æquore: tutum
Quilibet orbe uagus te duce carpit iter.
Præsidium lapsis sola es: lux unica cæcis
Supplicibus sola es portus & aura reis.
Tu pia uirgo facis quod dat sua munera cœlū
Quodq; datis fruimur tu pia uirgo facis.
Humanum tutare genus lux alma: tuamq;
Perge precor sobolem conciliare tuis.
Imprimisq; pios hæc humana tecta penates
Deuotosq; tibi protege diua lares.
Præside te pueri ualeant iuuenesq; senesq;:
et cum uirginibus turba pudica nurus:
Arboribus fœlix: fœlix sit frugibus annus:
Sitq; ferax tellus: omnigenumq; pecus.
Pax & læta tuos foueat concordia ciues:
Inq; uicem populus seq; senatus ament.
Qua tibi sponte pius cessit geruasius ædem
Incolis īmodica rælligione locum:
Fac rata uota pii uatis regina: præcesq;
Proq; rudi nitidum te penetrale manet.
Qđ lapis ē mox marmur erit splēdebit & aurō
Hæc templi facies quæ cariosa tibi est

Centum thure pio sertisq; recentibus aræ
Spirabunt tepidis quæq; operata focis
Exoluent populi sec ; hæc ad limina uotis
Suspendentq; tuo grandia dona tholo:
Hæc te diua manent maioraq; premia: sed tū
Sæpius huc adsis riie uocanda tuis

Cornelius Vitelli9. M. Antonio Sabellico suo salutē. plegi nō sine sūma uoluptate sex libellos tuos de utini & aqleiæ origine & uetustate: opus sane (ut de uniuerso libere enūtiē quod sentio) eruditum. elegans pulchrū: & diuersitate reru3 cū uetustate uarium. & enim primo libello loca omnia: quæ inter liquentiā & timauū fluuios continent: quæ olī Venetiæ regionis ex diuisione augusti partem & ueluti italiæ diuerticulū nunc uulgo fori iulii patriam appellant: ita eleganter & lucide describis: ut nulla ex parte optimi chorographi officiu3 prætermiseris: & ueluti in tabella depicta legentium oculis subieceris. Secundus uero nō modica antiquitatis cognitiōe ex uaria auctorum lactione collecta legentē allicit: & polita orationis structura remorat reliqs uero qttuor libellis & hoc idē facis: simul ēt uarias barbaroru3 in eā terrā excursiones: Vnde aliquot reliquæ italiæ incendia exarserunt: cum aquileiæ obsidionē & excidiū: ac furibūdos turcoꝝ ipet9: deniq; qc qd unq̄ i hūc usq; diē ī ea regiōe memoria dignū gestū ē: ita uenuste ornate dilucide colligis. ut sūmā meo quidem iudicō laudē merearis. Debebunt tibi igitur plurimū utinenses tuū: quos ab obliuionis iniuria quātū in te fuit liberasti; lætari ꝑfecto illa ciuitas te præceptore q̄ debet & potest: in qua honestissima mercede conductus iam diu profiteris Vale

PYLAdes: M. Antonio coccio siue sabellico uati celeberrimo. s. d.

Vix bene q̄ licuit celeri percurrere ocello
Quæ tua musa refert dum canit arcis opus:
Barbarico memorat dum prælia gesta furore:
Dum notat urentes iulia tecta faces:
Iudicium uis scire meum celeberrime uatum
Versibus ut nostris fiat amice palam:
Nil mihi tam facile est: q̄ docte sabellice mentē
Soluere: sic pylade contigit ingenium.
Nec didicit caros quicquam cælare sodales:
Nec solet in uerbis ficta referre suis.
Vel rudis est igitur nimiu; uel nostra camœna
Digna tuis censet talia uerba modis.
Carmina quæ triplici sunt commendata libello
Pierides labiis explicuere sacris.
Nemoq; uel citharam manes quæ flexerat olim:
Aut referat dulci mœnia structa lyra.
Ipsa chelim teneat sulmo. nec corduba iactet
Plectra: nec andinis mantua læta sonis.
Hæc superat quodcunq; potest humana facultas:
Hæc cæleste melos barbitos una gerit.

eiusdem carmen

Cæcia quem mater gelidas anienis ad undas
Aedidit atq; pater cui Iouianus erat:
Cui cocceia domus uatum pia turba sabellum
Quem uocat hanc marcus condidit historiā:
Ast opus eximia buliens antonius arte
Imprimit Aninio quem generosa tulit.

